

ISTITUTO INTERNAZIONALE DI STORIA ECONOMICA

"F. DATINI"

Serie oro. Testi antichi in anastatica su CD-rom

9

ANTIQUIORES PONTIFICUM ROMANORUM DENARI I

Olim in lucem editi, notisque illustrati

A

V. C. JOANNE . VIGNOLIO

ITERUM PRODEUNT

Tertia parte aucti, & notis pariter illustrati

STUDIO . ET . CURA

BENEDICTI . FLORAVANTIS.



ROMAE

Typis ROCHI BERNABÒ. MDCCXXXIV.

SUPERIORUM. PERMISSU

DATI BIBLIOGRAFICI:

Vignoli, Giovanni, Antiquiores pontificum Romanorum denarii olim in lucem editi, notisque illustrati a v.c. Joanne Vignolio iterum prodeunt tertia sui parte aucti, & notis pariter illustrati studio et cura Benedicti Floravantis. - Romae : typis Rochi Bernabò, 1734. - [16], 100 p., [1] ritr. : ill. ; 4° (25 cm)


Segn.: a-b4 A-L4 M6. - Front. in rosso e nero. - Ritr. del cardinale Giovanni Antonio De Via dedicatario dell'op. - Con numerose ill. nel testo. - Impronta: acus e.o- usi- stqu (3) 1734 (R)

L'edizione è stata realizzata
grazie al contributo di:




Fondazione
Cassa Risparmio
di Prato





898



ANTIQUIORES PONTIFICUM . ROMANORUM DENARI I

Olim in lucem editi , notisque illustrati

A


V. C. JOANNE . VIGNOLIO

ITERUM . PRODEUNT

Tertia sui parte aucti , & notis pariter illustrati

STUDIO . ET . CURA

BENEDICTI . FLORAVANTIS.



ROMAE

Typis Rochi BERNABÒ . MDCCXXXIV.

SUPERIORUM . PERMISSU.



ГЕЯНОИОПИА

ПОЛИТИЧЕСКАЯ МИДИАСФЕРА

1


A GARDEN IN A GINGER-BOX


**Quae sunt Caesaris, Caesari,
& quae sunt Dei, Deo.**

Matth. xxii. 21.

БЕРЕДИГІЛ · МОРАНІС

ЧАГДОЯ





Creatus die XVIII. Maij MDCCXII.

*Augustinus Masucci Pinxit.
Rome*

*Roccus Pozzi del et Sculp.
1734*

Eminentiss. & Reverendiss. Principi
JOANNI . ANTONIO
DE . VIA
S. R. E. Presbytero Cardinali.

BENEDICTUS . FLORAVANTES
FELICITATEM.



On una ratio me mo-
vit , EMINENTISSIME
PRINCEPS , ad hunc
tibi librum offerendum ,
tenue sane munus , &
perexiguum , tum si ex
ipsius conditione , ea nempe , qua a me
auctus est parte , tum si ex tua dignita-
te , quae amplissima est spectetur . Pri-
mum enim spes mibi fuit , summae tuae
humanitati confiso , non dignaturum ,
ut extet apud omnes publicum aliquod
meae erga te observantiae monumen-
tum , quod maxime in votis erat . Mi-
nime praeterea me latebat , quam aequus
sis hujusmodi studiorum aestimator , ac

fautor, quodque non veteris tantum, ele-
gantiorisque aetatis monumenta, ea,
qua praeter gravissimas disciplinas,
polles eruditione, suscipias; verum etiam
hujusmodi inferioris, rudiorisque aevi
cimelia in pretio habeas, praecipue cum
haec, quae proferimus Romanorum
Pontificum in Urbem Romam, ac reli-
quam Ecclesiasticam ditionem supre-
mum jus aperte testentur; quamobrem
vel solo hoc nomine ob summum tuum
erga Apostolicam Sedem studium res
ipsa quodammodo, ut liber tibi inscriptus
circumferretur, exposcere videbatur.
Praetereo hic, licet invitus, praeclaras,
notasque animi tui dotes referre, &
praeconiis, quae merentur extollere, ne
modestiae tuae molestus sim, gaudes
enim potius res laude dignas agere,
quam actarum laudibus celebrari.
Deum interim enixe precor, ut diu te
servet incolumem ad Catholicae Eccle-
siae praesidium, & ornamentum.

Romae ix. Kal. Jan. MDCCXXXIV.

PRAE-

PRAEFATIO. NOVA.



LARISSIMUS Vir Joannes Vignolius, quo cum , dum vixit , summa mihi necessitudo intercessit, anno 1709. in lucem protulit opus , mole quidem exiguum , sed pro rei argumento eruditum , nec sine literatorum commendatione exceptum : *De Antiquioribus Pontificum Romanorum Denariis* , quod ipse argumentum sedulo pertractavit ad propugnandam , afferendamque antiquam , ac supremam Summorum Pontificum in Urbem Romam auctoritatem , potestatemque civilem adversus quorundam , ac praesertim transalpinorum hominum sophismata , ex iisdem denariis perpetram deducta . Liber hic apud bibliopolas infrequens erat , & inter raros putatus , quamobrem, cum ego longo labore, ac tempore hujusmodi inferioris aevi non pauca lipsana, plurimi sane facienda, concessisse, atque inter haec Pontificum Romanorum nummos , qui ad manus Cl. Vignolii non venerant ; hisce, privato studio augere editos

tos constitui brevibus additis notis ; meum propositum, ut amicis innotuit, urgere coeperunt , ut integrum opus tertia ex parte denariorum numero auctum , iterum typis mandarem , quibus tandem obsequi non repugnavi .

In nova hac nostra editione , sublatis aliquot mendis, quae prius irrepserant , Imperatorum, qui post Carolum Magnum rerum summam obtinuerunt , series , accuratius constituta est , & eorum, qui in Oriente imperarunt , praetermissa , minus enim isthaec ad rem nostram pertinere visa est . Additi vero denarii , ut ab olim editis internoscerentur , asterisco ad oram apposito , notati sunt . Demum nomina illorum , qui jam editos possidebant , cum plerique vita jam diu excesserint , nummique alio migraverint , iidemque insuper fere omnes apud me sint , subtraxi , relictis tamen eorum nominibus , quorum Musaea supersunt . Haec te scire volebam humanissime Lector , quem si hoc tenue ex Iucubrationibus meis de promptum specimen , benigno vultu exceptisse cognovero , animos addes ad reliquos Pontificios denarios ad Clementem usque VII. evulgandos .

PRAE-

P R A E F A T I O

A D . L E C T O R E M .



O V U M , eruditæ Lector , ut vi-
des , & a nemine hac tenus suscep-
tum monetae genus nunc illu-
strandum aggredimur : sterile
tamen illud , neque ejus erudi-
tionis refertum , quae hodie
præ ceteris literatos viros morari , & politiora
eorum ingenia solet exercere . Quod enim ad de-
narios istos attinet , qui diu in tenebris delituerentur ,
praeter nuda in iis nomina , nihil quicquam ple-
runque deprehendes , quod illos possit admodum
commendare : adeo ut , si cum vetustioribus num-
mis , quos Imperii Romani majestas & elegantia
abunde protulit , eos velis componere , ex tam
rudibus illorum characteribus , tamque deformi-
bus interdum figurarum lineamentis , delectatio-
nem non aliam percepturi sint oculi , quam quae
nos subit aliquando monstra intuentes . Nihilo-
minus si cum iis ipsis conferas , quos sub Prin-
cipibus aliis barbara itidem suorum temporum
ingenia extra Italiam produxerent , non erit pro-
fecto , cur eos prorsus inelegantes praedices . At-
que id verum est adeo , ut velut exteri illud in-
telli-

telligent, inter quos Leblancus in Tract. histor.
de Nummis Regum Francorum pag. 86., ac sub-
inde fateri cogantur, nunquam apud Italos ve-
terem Romanorum elegantiam penitus defecisse.

Si vero utilitatem spectes, quae quidem
maxima, ut auguror, ex eorum usu poterit com-
parari, non habebis, quos unquam possis illis
praeponere. De antiqua nanque ac suprema
summorum Pontificum in urbem Romanam aucto-
ritate, indubitatis hinc testimoniis penitus de-
stituti, hucusque digladiati sunt inter se scri-
ptores: nec tot vetusta archivorum documenta
hactenus in medium producta id consequi potue-
runt, ut omnis tandem de ea quaestio dirimere-
tur, quum nil equidem facilius, ac familiarius
iis, quibus civilis Pontificum Romanorum po-
testas in invidia est, quam debitam eisdem mo-
numentis fidem detrahere. His vero, utpote
extra omnem prorsus suspicionem positis, satis
instrui, ac certior fieri quisque poterit, Senatum
Populumque Romanum, postquam ab Impera-
torum Graecorum obedientia se subduxit, neque
Francorum Regibus, neque postea eisdem, Apo-
stolicae Sedis auctoritate Occidentis Imperatori-
bus creatis, sed summis Pontificibus ipsis suos
visces supposuisse. Teque subinde rem non minus
falsam esse docebunt, Leonem Tertium, ut isti
sen-

sentiunt , suprema urbis dominatione , sibi utili-
tantum retenta , se spoliasse , illamque in no-
vum Occidentis Imperatorem Carolum Magnum
transtulisse , quandoquidem non utile tantum
illud , sed supremum etiam jus monetæ cu-
den-
dae , quod a praedecessoribus suis acceperat , ad
suos etiam successores traduxerit , eodem Carolo
Magno in civili urbis ejusque ducatus praefe-
tura Patricii loco adscito , ut quae per ipsum ,
vel per illius legatos , qui Missi dicebantur , acta
ibi fuere , non obscure declarant .

Opus praeterea usque ad Clementem VII. ,
cujus etiam nummos omnes complectitur , nos jam
digessimus . At priusquam illud in vulgus expo-
nerem , hoc antiquiorum denariorum SPECIMEN
praemittere , amicorum , non solum meum con-
silium fuit : ut scilicet opus ipsum magis comple-
tum , ac non ita imperfectum prodeat . Singulis
enim illorum cimeliis , qui Romae Pontificiis
quoque nummis colligendis dant operam , di-
ligenter perlustratis , ac praesertim Francisci
Blanchini viri docti , atque etiam eruditis volu-
minibus editis celebris , Petri Paulli Salutii
sanctorum Mauritii & Lazari equitis commen-
datarii , Dionysii Marescotti Patricii Senensis ac
sancti Stephani equitis , Augustini Galamini in
Romana Curia Jurisconsulti integerrimi , &

Xaverii Scyllae civis Messanensis, qui mihi in
hanc rem prae ceteris adjumento fuit; quum-
que plurium, ut patet, summorum Pontificum
denarii usque ad Benedictum VII. defint, pro-
pterea operae praetium visum fuit, ut studiosis
etiam aliis id genus antiquitatis amatoribus,
qui extra urbem versantur, operis hujus indi-
gentia pateat, deque iisdem denariis, si qui
sunt, pro singulari sua humanitate, illorum ico-
nibus communicatis, me quodammodo instru-
Etum reddant.

Post eundem Benedictum VII. nullius iti-
dem alterius Pontificis usque ad Clementem V.
sese mihi moneta obtulit. Quod turbulentissimis
iis Romanae Ecclesiae temporibus potissimum
tribuendum esse videtur: quibus nimirum sedi-
tiosa Capitolii factio, Consulibus & Senatoribus
jam antea creatis, ac paullatim urbis admini-
stratione summis Pontificibus adempta, cuuden-
dae quoque monetae auctoritatem insolentissime
sibi arrogaverat. Atque ideo Romani Senatus
nummos etiam ibi proferam exemplo illorum in-
cittatus, qui ordinem seriemque Augustorum nu-
mismatum pertexunt, a quibus Tyrannorum
nummos excludere non solent: atque hac eadem
ratione & Pseudopontificum denariis, qui mihi
innoscere potuerint, locus dabitur.

Hoc

Hoc interea majoris operis SPECIMEN accipe, quod sui forsan novitate tibi non omnino ingratum fore confido, et si enim denarios hic aliquot a Leblanco, quem memoravimus supra, jam vulgatos compereris; quia tamen hactenus pro Pontificiis habitu non fuerunt, atque interdum ab eo perperam expressi, ut novi idcirco, ac tanquam non antehac in lucem editi, ii etiam cum reliquis censeri quodammodo poterunt. Si denique hic non aliud, Joannis Petri Rossini saltem, qui mihi illos, uti prorsus exstant, delineavit, atque aeris incidi, operam & diligentiam commendat, meique in te studium, ac voluntatem agnosce. Vale.



REIMPIMATUR,

Si videbitur Reverendissimo Patri Sacri Palatii
Apostolici Magistro.

N. Baccarius Episc. Bojanen. Vicesgerens.

APPROBATIONES.

I.

Jubente Rmo P. Jo: Benedicto Zuanello Sac. Palatii Apostolici Magistro, perlegi Librum, cuius titulus: *Antiquiores Romanorum Pontificum Denarii a Jo. Vignolio V. C. olim editi, & a Benedicto Ab. Floravante audi, & illustrati*, & non solum nihil in illo offendit, quod Christianae Catholicae Religioni, & bonis moribus damno esse posset, sed tum operis Auctoris, tum egregii Amplificatoris industriam, fidem, diligentiam, & erga Sanctam Romanam Sedem studium magnopere commendavi; atque adeo librum dignissimum, ut typis edatur, censeo, & vehementer suadeo.

Ex Collegio Clementino hac die 15. Septembris 1734.

D. Jo: Franciscus Baldinus Cl. Reg. Congr. Somascae
Sacrarum Congregationum Rituum, & Indicis
Consultor.

Librum de antiquioribus Pontificum Romanorum Denariis &c. a Cl. Viro Jo: Vignolio vulgatum, quem eruditissimus Benedictus Abbas Floravantes, ut antiquae, ac supremae civili eorumdem Summorum Pontificum Urbis dominationi ex asserto ac vindicato monetae cundenda jure magis consultum sit, iterum typis committere tertia sui parte auctum desiderat, non mediocri animi voluptate perlegi, demandante Rmō Patre Jo: Benedicto Zuanelli Sacri Palatii Apostolici Magistro; atque in ipso miratus sum sedulam ab eximio auctore locatam operam, qua de Christiana Rep. bene atque egregie meritum puto, cum Apostolicae Sedis auctoritas atque potestas ex ea percipiat tum lucis, tum roboris accessionem. Quare exoptatissimam hanc lucubrationem, in qua nihil a veritate, nihil a fide, aut bonis moribus dissonum reperi, dignam plane censeo, quæ in lucem edatur. Et utinam reliquos Pontificios denarios ad Clementem usque VII. ad publicam auctoritatem quamprimum emittat.

Dabam Romæ ex aedibus Vallicellanis xi. Kal. Octobris 1734.

Ego Joseph Blanchinus Congregationis Orationis Presbyter.

RE IMPRIMATUR.

Fr. Jo: Benedictus Zuanelli Sacri Palatii Apostolici Magister.

IN-

INDEX. CHRONOLOGICUS

**Pontificum Romanorum, qui in hoc
Opere continentur.**

Hadrianus I. electus A.C.	772	Joannes X.	914
Leo III.	795	Leo VI.	928
Stephanus IIII.	816	Stephanus VII.	929
Paschalis I.	817	Joannes XI.	931
Eugenius II.	824	Leo VII.	936
Valentinus.	827	Stephanus VIII.	939
Gregorius IIII.	827	Marinus II.	942
Sergius II.	844	Agapitus II.	946
Leo IIIII.	847	Joannes XII.	956
Benedictus III.	855	Leo VIII.	963
Nicolaus I.	858	Benedictus V.	964
Hadrianus II.	867	Joannes XIII.	965
Joannes VIII.	872	Benedictus VI.	972
Marinus I.	882	Donus II.	974
Hadrianus III.	884	Benedictus VII.	975
Stephanus V.	885	Joannes XIV.	984
Formosus.	891	Bonifacius VII.	985
Bonifacius VI.	896	Joannes XV.	985
Stephanus VI.	896	Gregorius V.	996
Romanus.	897	Joannes XVI.	997
Theodorus II.	898	Silvester II.	999
Joannes IX.	898	Joannes XVII.	1003
Benedictus IIII.	900	Joannes XVIII.	1003
Leo V.	903	Sergius III.	1009
Christophorus.	903	Benedictus VIII.	1012
Sergius III.	904	Joannes XIX.	1024
Anastasius III.	911	Benedictus IX.	1033
Landus.	913	Gregorius VI.	1044
		Clemens II.	1046
		Da-	

Damasus II.	1048	Alexander II.	1061
Leo IX.	1049	Gregorius VII.	1073
Victor II.	1055	Victor III.	1087
Stephanus IX.	1057	Urbanus II.	1088
Benedictus X.	1058	Paschalis II.	1099
Nicolaus II.	1058		

INDEX ALPHABETICUS


Pontificum Romanorum, qui in hoc
Opere continentur.

Agapitus II.	<i>pag.</i> 71	Gregorius VI.	92
Alexander II.	96	Gregorius VII.	97
Anastasius III.	64	Hadrianus I.	1
Benedictus III.	37	Hadrianus II.	42
Benedictus IV.	58	Hadrianus III.	48
Benedictus V.	79	Joannes VIII.	44
Benedictus VI.	83	Joannes IX.	56
Benedictus VII.	85	Joannes X.	65
Benedictus VIII.	90	Joannes XI.	67
Benedictus IX.	91	Joannes XII.	73
Benedictus X.	95	Joannes XIII.	80
Bonifacius VI.	54	Joannes XIV.	86
Bonifacius VII.	86	Joannes XV.	87
Clemens II.	92	Joannes XVI.	88
Christophorus.	61	Joannes XVII.	89
Damasus II.	93	Joannes XVIII.	89
Donus II.	84	Joannes XIX.	91
Eugenius II.	26	Landus.	65
Formosus.	52	Leo III.	11
Gregorius III.	27	Leo III.	35
Gregorius V.	87	Leo V.	61
		Leo	

Leo VI.	66	Sergius IIII.	90
Leo VII.	70	Silvester II.	88
Leo VIII.	77	Stephanus IIII.	23
Leo IX.	93	Stephanus V.	49
Marinus I.	47	Stephanus VI.	54
Marinus II.	71	Stephanus VII.	67
Nicolaus I.	40	Stephanus VIII.	70
Nicolaus II.	96	Stephanus IX.	95
Paschalis I.	24	Theodorus II.	55
Paschalis II.	98	Valentinus.	26
Romanus.	55	Victor II.	94
Sergius II.	30	Victor III.	97
Sergius III.	62	Urbanus II.	98



HA-



HADRIANUS
THEODORI. F. ROMANVS
ORDINATVS
V. ID. FEBR. A. C. DCLXXII.
OBIIT
VIII. KAL. IAN. A. C. DCCXCV.
IMP.
CONSTANTINO. IRENES. F. AVG.



I
AR



II
AR



I.

Olim apud Vignolium V. C.

HADRIANVS Papa, cruce oblonga intermedia,

A

Sci

2

¶ Sci PETRI , parva alia cruce de more no-
mini preeposita .

Non aliter hunc singularem , probataeque an-
tiquitatis denarium , qui dimidiatus ad me per-
venit , suppleri posse putavi . Nam quum in una
ejus parte HADRIANVS , in altera PETRI distinctis ,
nitidisque characteribus legatur : utraque vox
proprios , atque usitatos dignitatis & honoris
titulos exposcere visa est : quibus quidem appo-
fitis , non aliud praeterea quicquam illum com-
mode excipere potuisse , ipsius ambitus angustia
demonstrat : atque inde quum potiorem ejus
partem habeamus , haud multum intererit , si
quid nobis in eo desiderandum remaneat .

Hinc vero initium operis auspicati sumus ;
quia etsi ab aliis etiam Romanis Pontificibus ,
qui Hadrianum præcesserunt , Romae cudi mo-
neta potuerit , a Stephano præsertim Secundo ,
qui Tertius dicitur , a Paullo , & Stephano Ter-
tio , quos , Orientalis Imperii majestate ob Grae-
corum Imperatorum haeresim in Italia abrogata ,
a S.P.Q.R. , qui primum sub Constantino Papa ,
hoc est , post Imp. Justiniani mortem A.C. 712.
ineunte . deinde sub Gregorio Secundo A.C. 726 .
in libertatem se vindicaverat , summos urbis
dominos habitos fuisse , ne dubitari quidem po-
test ; nemo tamen adhuc , quod sciam illorum
nummos adspexit . Quem etenim Baronius in

Ec-

Ecclesiast. Annalib. ad A. C. 461. grandiori forma, ac minus quidem accurate delineatum ex museo Laelii Pasqualini prodidit, in cuius scilicet anteriori parte legitur: DN. LEONI. PAPE, & in posteriori Princeps Apostolorum pectore tenus visitur cum epigraphe: scs (*Sanctus*) PETRVS, non ad Leonem hujus nominis Primum, ut vir summus est arbitratus, neque ad Tertium, ut Nicolai Alemanni in Dissert. de Lateranensis- bus parietinis c. ix., & qui cum eo sentiunt, Antonii Pagii in Critica Baroniana ad A.C. 796. num. vi., ac Danielis Papebrochii in Paralipom. ad Conatum Chronico-Historic. pag. 46., alio- rumque opinio fuit, sed ad posteriora tempora, nempe ad Leonem Octavum Pseudopontificem omnino pertinere, clarius infra patebit.

HADRIANVS cum adspiratione. Quod qui- dem ab iis temporibus alienum omnino non fue- rat. Nam praeter cetera hujus etiam Pontificis monogramma, uti visitur apud eundem Aleman- num cap. iii., ita olim adspiratum extabat in aede sanctae Pudentianae ab eo instaurata, ubi ta- men hodie ignorantia & stupiditate illorum, qui profana aeque ac sacra veterum monumenta de- albare ac perdere quotidie solent, amplius non exstat.

PAPA, vox omnibus nota, de qua Jacobus Braccius librum composuit. Ea primum, ut

praecipue ex Cypriano, Hieronymo, & Augustino, sanctisque aliis quum Latinis, tum Graecis Patribus patet, Episcopis omnibus accommodabatur: deinde vero solius Romani Pontificis titulus evasit. Quod Panvinius in libro de Officiis, seu Ecclesiæ Magistratibus post Gregorii Primi tempora evenisse censuit: *Haec vox, inquit, post Gregorii Primi tempora reliquis Episcopis adempta, soli Romano Pontifici attributa est.*
Qui & Apostolicus est aliquando dictus ob praecipuae Apostolicae Sedis, cui praeest, reverentiam. Ut vero Hieronymus Bignonius in proemio libri veterum formularum Marculphi observat, in antiquis Tortarii Floriacensis versibus de translatione B. Mauri sexcentis annis ante conscriptis Britannus quidam Episcopus *Papa* dicitur. Et Baronius in notis ad Martyrologium die x. Jan. in Synodo Romana, vii. Kal. Martias A. C. 1073. a Gregorio Septimo celebrata, id statutum fuisse, in mss. codicibus Bibliothecae Vaticanae se legisse ait. Ejus praeterea vocis etymon unde deductum sit, incertum est adhuc. Alii enim vel a voce Graeca πάτερ, quae latine patrem, vel πατέρων, quae avum, seu patris patrem significat, illam derivant. Gaspar Barthius vero ad Philippid. Gulielmi Britonis lib. xiiii. v. 663. ex prioribus harum duarum vocum syllabis PATER. PATRVM, quæ compendio ita scribi

solebant PA. PA. , conflatam esse putavit . Itaque , ait , majoris dignitatis praesules Patres Patrum nuncupabantur , a quarum vocum prioribus syllabis utique PAPA ille , alioquin nullius certi generis , originem duxit .

Sci (hoc est) Sancti PETRI nomen in secundo casu hic legitur , quandoquidem ipsius nomine & auspiciis Romani Pontifices ejus successores summam universae Ecclesiae , atque inde urbis etiam Romae , ejusque ducatus dominationem , cuius argumentum omnium certissimum moneta est , exercere professi sunt semper : et si deinceps in nummis reliquis ad hoc ipsum denotandum sancti Petri nomen in recto semper occurrit .

Crucem  nomini Sancti Petri praeposuimus , quia laudabilis illorum temporum ritus nominibus & cuiusque scriptionis initio eam praemittendi , ut ex vetustis aliis monumentis abunde constat , id ita suasit . Quo spectat illud S. Hieronymi ad Eustoch. de custod. Virgin. *Ad omnem actum , ad omnem incessum manus pingat domini crucem.* Imp. Constantinus Maximus in illius crucis memoriam , quae , ut refert Eusebius , sibi adversus Maxentium dimicaturo victoriae index in cœlo apparuit , primus omnium publico hominum cultui eandem in labaro ac sui furorumque militum clypeis & galeis expressam exhibi-

exhibuit, ut praeclare Prudentius lib. i. contra Symmach. &c. 487.

*Christus purpureum gemmati textus in auro
Signabat labarum, clypeorum insignia Christus
Scripserat, ardebat summis crux addita cristis.*

Ac non in galeis, & clypeis, & labaro tantum, sed in nummis etiam illam insculpi curavit, ut praecipue ex eo appareat, in cuius parte aversa legitur: VICTORIAE. LAETAE. PRINC. PERP. & in medio duac victoriae clypeum substantient cum epigraphe: vot. p. r., *Vota scilicet Populi Romani*, cippo supposito, in quo crux ☧, non x., ut Mediobarbo visum fuit, distincte cernitur. Ejus deinde exemplo ceteri Christiani Principes hoc salutari signo suos quoque nummos religiosissime ornarunt, ac potissimum Romani Pontifices, quemadmodum usque ad Paulli Secundi tempora moris semper fuisse facile poterit observari.

II.

Apud me.

HADRIANVS PAPA. In medio Pontificis imago pectore tenus: utrinque i. b.

VICTORIA D. N. N. In medio Crux. Hinc, & inde r. m. In inferiori parte CONOB.

* Pontificis *protomes* in nummo extremis tantum est lineamentis expressa, atque his inconcinnis, ut impolita ea aetas ferebat. Lite-
rae

7

rae i. b. (ni fallimur) indicare videntur Hadriani Pontificatus annum xii., qui juxta, numerandi morem apud Graecos, respondet anno Christi 783., typique scalptorem ex ea gente fuisse indubium est, cum hujusmodi artifices eo saeculo e Graecia peterentur, ut animadvertisit Georgius Vassarius in *Vitis Italicis Pictorum*, tomo i. pag. 122. edit. i. eodem anno 783. Hadrianus Romæ dominabatur, restituto Sedi Apostolicae toto Sabinensi territorio, per Itherium, & Imaginarium Oratores Caroli Magni tunc Regis, & Romani Patriciatus dignitate aucti, ut ex epistola 68. Codicis Carolini apud Pagium anno eodem n. xiii.

In aversa nummi parte legitur **VICTORIA**
D.N.N., & in margine inferiori **CONOB**; in medio
est **Crux** duobus gradibus innixa, & utrinque **R.M.** Id factum patet ad exemplar nummorum Constantinopoli à Graecis cuforum hoc eodem saeculo, uti videre est in iis Tiberii Absimari, Philippici, Theodosii, & Leonis apud Cl. V. Anselmum Bandurium numismat. tom. 2.
pag. 697. 698. 700. 701. litterae **R.M.** *Romana moneta*, vel *Romae moneta* significare putandæ sunt. Si quis vero Ravennæ, ubi monetaria officina olim fuerat, cufum nummum fuisse existimaverit, ego quidem non repugnarem, nisi obstat, quod anno 783. illius Urbis dominio
ferè



fere exuissent Hadrianum Eleutherius , & GREGORIUS , qui in illa *inopes* , & *pustulos opprimerant* , & *nefandas neces perpetraverant* , uti Pontifex ad Carolum Regem scribit Epistola 65. supradicti Codicis , enixe petens , ut ipsos illinc ejiciat .

Quae significatio tribuenda sit voci CONOB , adeo variæ sunt de ea Scriptorum sententiae , ut nobis certam proferre perquam difficile videatur . Vox haec frequens occurrit in nummis Imperatorum inferioris aevi post Constantimum Magnum ; & , quod mirum est , etiam in nummis *Theodeberti* , & *Childeric* Francorum , ac *Irmenegildi* , & *Recaredi* Hispaniae Regum , sed non ubique est iisdem literis expressa : modo enim *Conob* , modo *Cornob* , *Conobs* , *Comob* , & *Consob* scriptum legitur . De *Conob* nostri nummi jam agam . Sunt , qui putant vocem hanc unam esse ex veterum siglis , ideoque ita distinguendas ejus literas , ut unaquaeque earum prima sit vocis , quae sub ea lateat : unde omnium primus Georgius Cedrenus in Compendio Historiarum tomo 1. pag. 322. edit. reg. in Theodosio Imp. vocem illam interpretatus est *Civitates omnes nostrae obediunt Benerationi* . Hoc argumentum fuse & copiose tractatum video in Academiae Inscriptionum Historia tomo 1. pag. 263. editionis 1. Joannes Harduinus censuit legendum *Civitates omnes Narbonenses obtulere* : Occo , & Tristanus

Con-

9

Constantinopoli ob-signata . Joannes Vaillantius ,
cum quo sensit etiam Gallandius , cum observas-
set hanc eandem vocem in numismatibus Imp .
Attali , & Jovini , quae profecto Constantinopoli
cusa non fuere , cuius Urbis dominatum nunquam
obtinuerunt , putavit , non Urbem officinae mo-
netariae inde erui , sed indicari monetae probita-
tem : quamobrem assentitur Antonio Augustino
legenti Constantinopoli obrizum , vel Constantino-
poli moneta obrizata . Aurea enim sunt numisma-
ta , in quibus primum ea vox occurrit : Huic ta-
men sententiae hoc adversari videtur , quod ob-
rizum dicatur tantum aurum sincerum , nulla vi-
lioris metalli mixtura vitiatum , teste Plinio
lib . 33 . cap . 5 . atque vox illa insculpta occurrat
etiam in argenteis , & aereis nummis , sed haec
difficultas evanescit , si advertatur primos illos
Imperatores re vera auri sinceritatem examinas-
se , inde vero eodem typo , ac aureos , argenteos
quoque & aereos fuisse cufos , vel in hosce pro-
miscue monetariorum incuria idem signaculum
archetypum irrepisse .

Lemma illud VICTORIA D . N . N . ita legen-
dum : Victoria Domini nostri , non autem Domi-
norum nostrorum , licet duplex litera N . per er-
rorem posita fuerit ab typi artifice . Similis error
irrepit in nummum Constantii , qui solus post
mortem Constantis , & Constantini fratrum ini-

B pe-

peravit uti est apud Bandurium d. To. 2. pag. 179.
qui etiam errorem advertit . Victoria Aug. N. N.
legi debet victoria Augusti nostri ; in altero ejus-
dem Imperatoris nummo persimili unica tan-
tum litera N. visitur , quæ alterius nummi er-
rorem arguit .

Nec victoriam aliquam de hostibus relatam
putes designare, sed Crucem, per quam Dominus
noster devicta morte triumphavit: & profecto si-
gnificatio voci *Conob* data a Cedreno ipsi optime
aptari potest; ut nimirum omnes Civitates Crucis
gloriae subjectae sint, quod de nummis Crucigeris
recte monuit Jacobus Gretserus in libro de
Cruce cap. 59. col. 534. edit. Ingolst. in 4° Ad-
dit Gretserus Romae in aede Sancti Pauli in sum-
mo altari extitisse D. N. Crucifixi aereum ima-
ginem cum hac inscriptione *Romanorum Victoria* ; Quare optime hæc congruebat epigraphes
nummo ab Hadriano Summo Pontifice cuso , at-
que a nobis in lucem prolatu , quem maximi fa-
ciendum puto , cum in eo Imperatoris nomen
praetermissum ostendat , tunc penes Romanos
Pontifices summam Urbis dominationem , cu-
dendaeque monetae jus omne , ac potestatem
extitisse .

L E O . I I I .
 AZVPPII . F . ROMANUS
 ELECTVS
 VIII . KAL . IAN . A . C . DCCXCV .
 O B I I T
 III . ID . IVN . A . C . DCCCXVI .
 I M P P .
 CAROLO MAGNO . ET . LVDOVICO . PIO
 AVGG .



Olim ex museo Francisci Blanchini V. C.

LEO , literis inter se nexis , & in crucem dispositis : in margine X scs . PETRUS , cruce itidem praenotata .

X CARLV in margine , cruce pariter prae-eunte , & in medio harum literarum nexus , IPA , crucem etiam referens , qui Imperator explicatur .

Leonis autem nomine literis ita inter se

conjunctis & complicatis illius aevi mos praemonstratur. Quanvis enim antea apud veteres etiam quum Latinos, tum Graecos haec literarum compendia, quae *monogrammata* dicunt, se ferre semper in usu fuerint, sicuti praeter tot Christianorum monumenta Constantiniano Christi monogrammate insignita, alia quoque longe iis antiquiora testantur, denarius praesertim Caesiæ gentis apud Fulvium Ursinum, APIMEI-
 ΝΕΩΝ nummi apud Hubertum Goltzium in Sicilia, quibus & alios adde Tyri urbis sub Domitiano, Trajano, & Hadriano percusso, quos in dissertatione iv. de anno & epochis Syro-Macedonum cap. iii. Henricus Norisius Cardinalis doctissimus ex regio Serenissimi Magni Ducis Etruriae thesauro protulit; nunquam tamen antea tam frequens ac familiaris, quam circa Leonis Tertii, & Caroli Magni tempora illorum usus extitit, adeo ut sint, qui censeant, ab eodem Carolo ad nomen suum implicandum fuisse primum traducta. Sed conjectura potius, quam rei veritate adducti forsan fuere; nam ut ex Leblanco in tractatu historico, quem de nummis Regum Francorum gallice scripsit pag. 90., observare mihi contigit, non in alio, quam in illius scribendi imperitia eorum opinio nititur: ut facilius nempe atque expeditius diplomata signare ille posset, hoc, ajunt, sui nominis compendium

dium adinvenisse. Eginard dit (ita Leblancus) que Charlemagne ne sçavoit pas écrire : qu'il tenta en vain de l'apprendre dans un âge avancé , & que cela fut cause qu'il se servit pour sa signature du monogramme qui estoit facile à former , ut imperitiam banc honesto ritu suppleret , monogrammatis usum loco proprii signi invexit . Quæ tamen , Eginhardi operibus evolutis , sese mihi nusquam obtulere . Ubi enim de hujusmodi Caroli Magni scribendi imperitia agit , haec tantummodo inveni : Tabant , inquit , & scribere , tabulasque & codicillos ad hoc in lectulo sub cervicalibus circumferre solebat , ut quum vacuum tempus esset , manum effigiandis literis adsuefaceret . Sed parum prospere successit labor praeposterus ac sero inchoatus . Et quidem ab Eginhardo id tradi neutiquam poterat , quandoquidem ante Carolum Magnum aliorum etiam nomina monogrammate expressa occurrunt , Theodorici praesertim Francorum Regis apud Claudium Buteruvium de nummis in Gallia cisis pag. 313 . Marciani , Justiniani , & Justini Imperatorum apud Carolum Ducangium in Historia Byzantina , quorum postrema Theodorae Augustae nomen etiam exprimunt . Caroli Magni tamen exemplo Hadrianum Papam , mox Leonem Tertium sua nomina monogrammate implicasse facile credam , quum ante ipsos Pontificem alium id factitasse mihi non hactenus innotuerit , nisi potius

cre-

credere velimus , eundem Carolum Hadriani , & Leonis in hanc rem vestigia sequutum ex Italia suum secum monogramma in Franciam detulisse , quod in ejus denario Moguntiae cuso ea prorsus forma dispositum observatur , qua frequentius in aliis denariis visitur , quos urbes aliquot Italiae , Mediolanum scilicet , Papia , & Luca in ejus honorem signarunt . Quod quidem in tot aliis ejus denariis extra Italiam percussis , hoc uno tantum Moguntiaco excepto , nusquam conspicitur .

Inscriptio vero , quae in prioris partis margine sese legenda offert , perquam obvia est in nummis Pontificum Romanorum , in quibus nunquam , ut innuimus supra , aut fere numquam omittitur scs . PETRVS , utpote Romanae Sedis fundator , ac peculiaris urbis Romae patronus .

In posteriori parte : CARLV pro CAROLVS scribitur , uti etiam in suis nummis atque apud illius ævi scriptores passim . Spelmannus in vita Alfredi , obseruetur , inquit , vera scriptio CARLV ; non enim dicitur Carolus a Carus , sed a Carl vocabulum Septentrionalium virum significans . Idcirco in epistola Alhredi Regis , quae nonagesima est inter epistolas sancti Bonifacii Martyris , & Archiepiscopi Moguntini legitur : Nostris quoque , dilectissime frater , legationibus ad dominum vestrum glorioissimum Regem CARL , obsecramus con-

su-

fulendo subvenias. Quumque ipse Carolus Magnus in hoc denario Imperator inscribatur. hinc post quintum Leonis Tertii Pontificatus annum, ac non ante viii. Kal. Januarias A.C. DCC. obsignatum fuisse docemur: quibus nempe anno ac die idem Carolus ob sua, & Caroli Martelli, cuius genitoris Pipini in Ecclesiam Dei merita, atque uti paeclare Sigonius, *ut haberet Ecclesia Romana aduersus infideles, haereticos, ac seditiosos Tutorum, cujus officium repudiasse jampridem Imperator Orientis videretur, ex Francorum Rege, Romanorumque Patricio Occidentis Imperator & Augustus fuit ab eodem Pontifice renunciatus.*

Inter honores vero, quibus illum fuit hic Pontifex prosequutus, id praecipue recenseri debet, quod in suis nummis ejus etiam nomen apponi voluerit. Quod alii deinde Pontifices, ut infra usque ad Benedictum vii. videbimus, interdum facere consueverunt. Leblancus tamen scriptor Gallus mihi supra laudatus, quum in nonnullos eorundem Pontificum nummos inciderit, in quibus Imperatorum nomina sunt apposita, eos continuo pro illorum moneta venditare, deque iis librum edere non dubitavit, hoc ei titulo false apposito: *Dissertation historique sur quelques monnoyes de Charle Magne, de Louis le Debonnaire, de Lothaire, & de leurs successeurs, frappées dans Rome: par les quelles on refutè l'opinion de*

ceux,

ceux , qui pretendent , que ces Princes n'ont jamais eu aucune autorité dans cette Ville , que du consentement des Papes : id est , *Dissertatio historica de nummis aliquot Caroli Magni , Ludovici Pii , Lotharii , eorumque successorum Romae ob signatis , quibus illorum opinio refellitur , qui sentiunt , hos Principes nullam unquam in ea urbe auctoritatem habuisse , quam Pontificum consensu . Quos eosdem postea nummos in tractatu , quem itidem memoravimus supra , tanquam Imperatorios iterum vulgavit , hucusque non imperito quidem vulgo tantum , verum etiam viris doctissimis ita per annos viginti imponens . Pagius siquidem in Critica Baron . ad A . C . 823 . num . III . Leblancus , inquit , V . C . in tractatu lingua Gallica scripto de antiquis Regum Francorum monetis pag . 102 . plures Ludovico Pio Aug . imperante percussas exhibit , in quarum antica legitur : LVDOVICVS IMP . , in monogrammate : ROMA , & in postica : SCS . PETRVS . Tum pag . 108 . alias Lotharii Imp . monetas , in quarum postica habetur : SCS . PETRVS . Quae omnes supremi Ludovici Pii , & Lotharii in urbem Romam juris indicia sunt . Ad annum vero 875 . num . I . Leblancus in tractatu Gallico de monetis Franciae pag . 107 , unam exhibit Ludovici Secundi Imp . , in qua representatur sanctus Petrus in pontificalibus cum his duabus literis : S . P . legiturque ✠ BENEDICT . P . , Benedictus nempe hujus nominis III . In alia parte visitur*

manus extensa R  o , quae duae literae signo illo
divisae Romam denotant ; in ea vero legitur : LV-
DOVICVS IMP. , quae moneta supremae ejus in urbem
Romam sunt potestatis indicium . Sed enim nihil
miror , Pagium cum Leblanco ita decipi , quum
nec ipse hos Pontificios nummos esse perspexe-
rit . Stupeo tamen , quod ei prorsus memoria ex-
ciderint , quae inter cetera ad annum 796.
num. vi. , ubi de Leonis Octavi nummo ab Ale-
manno Leoni Tertio attributo , haec iis omnino
contraria scripserat : Verum ante Leonem Tertium
similia numismata cudere potuere Stephanus Secun-
dus , & ejus successores , quia ii non minus , quam
Leo Tertius supremi urbis Domini fuere , quod non
videtur in posterum in dubium revocari posse . Quae
quidem cum superioribus collata quantum inter
se pugnant , nemo non videt . Ut Leblancus ve-
ro nummos istos Imperatoribus falso adscriberet ,
non tam illorum nomina in iis inscripta , quam
Romanorum Pontificum monogrammata a se
penitus ignorata in caussa fuere . Quod sine ulla
viri eruditii injuria affirmari a me posse videtur ,
quandoquidem hoc ipsum in eodem tractatu
pag. 93. is ita ingenue fateatur : Le 4. , 5. , & 6.
denier sont frapées à Rome , comme leurs inscriptions
le prouvent . Je ne saurai que peuvent signifier les
monogrammes qui sont sur leurs revers , hoc est ,
quartus , quintus , & sextus denarius cusi sunt Romae ,

quaemadmodum illorum inscriptiones demonstrant.
Quid vero monogrammata, quae in posterioribus eorum partibus existant, denotare unquam possint, ignoro. Et pag. 108. Je ne sçay porquoy on donne sur cette monnoye le titre de Pius a Lothaire; & j'avoue, que le significacion des lettres, qui sont dans le champ de la piece du coste du rivers m'est inconnue: *Mibi certe latet, cur in hoc denario titulus Pii Lothario detur: atque ego fassus jam sum, sensum literarum, quae in area partis aversae existunt, mibi non innotescere.* Quod quidem, si modo haec viro admodum eruditio admittenda ignoratio est, illum adeo fugit, ut vel Joannis Octavi denarium, quem ibi pag. eadem num v. exhibet, et si solius Pontificis nomine gaudet, omnique prorsus Imperatorii nominis vestigio caret, inter Carolorum Imperatorum nummos recensuerit.

Si quis autem ad honores alios huic non dissimiles, quos Leo Tertius Carolo Magno, Imperatoris titulo nondum insignito, antea detulerat, velit animum advertere, mirari profecto desinet, si postquam illum Imperatorem renunciaverat, Ecclesiaeque Romanae Advocatum, Tutorem, Defensoremque novo sacramento obstrinxerat, id etiam in suis denariis perpetuo testatum esse voluerit. Apud eundem enim Leblancum alias Leonis Tertii denarius habetur, in quo ipse Carolus aureo circulo gemmis distin-

Et ornatus dextera manu ensim , sinistra urbis Romae vexillum gerit : quae scilicet Patriciatus insignia sunt , utpote qui tutelam , & civilem quandam ipsius urbis , ejusque ducatus administrationem , qua summi Pontifices Romanorum Patricios gladii & vexilli traditione investire soliti erant , praeferebat . Hinc vero et si Leonis Tertii denarium esse , scrupulus mihi nullus injicitur : quia tamen non ibi Leonis nomen apparet , propterea quod literae (si Leblancō fides habenda) majorem partem sint detritae , ipsiusque Caroli tantum nomen legatur , idcirco hic illum extra suum ordinem collocandum esse putavi .



Ex Leblanco.

CAROLO . R. LEO. PP. *Carolo Regi Leo Papa.* Ita detritam prioris ejus partis epigraphen restitui posse , neque ipsum nummi spatium , neque illius temporis ratio repugnat . Usitata enim acclamationis formula ea erat , ut

ex alia ei omnino simili constat, quae in celebri Lateranensi triclinio inscripta legitur: **X** scissimvs. dn. leo. pp. **X** dn. carvlo. regi. Ubi etiam idem Carolus cum iis ipsis Patriaciatus insignibus sese offert, cum quibus in hoc denario re praesentatur. Ibi tamen dum ejus dignitatis, quae sibi primum fuerat ab Hadriano Papa collata, confirmationem recipit: quae, ut diximus, per urbis vexillum, quod sanctus Petrus ei tradidit, designatur: hic vero ubi jam ei fuerat a Leone Tertio confirmata, exprimitur, ut vexillum ipsum, quod manibns gestat, & gladius, quem pro Ecclesiae defensione nudatum elevat, fatis ostendunt. Ensem vero non minus, quam vexillum insigne Patriciatus fuisse, his ita ex Chron. Hugonis Flaviniacen. demonstratur, in quo legitur: *Non debere Regem Imperatoris filium, qui non sine caussa gladium portaret, qui Romanae Reipublicae Patricius, Tutor & Defensor esse deberet, tantam pati Ecclesiae Dei conculationem.* Quare miror, cur Nicolaus Alemannus existimaverit, ejusdem triclinii picturas, nonnisi postquam Carolus Imperator inauguratus fuerat, absolutas fuisse. Cui praeter cetera hactenus dicta titulus Regis, qui non semel eidem Carolo ibi tribuitur, quemque Alemannus non fatis commode ad rem suam trahere nititur, omnino adversatur. Carolus enim Magnus Imperatoria dignitate

tate decoratus, Rex non amplius, sed continuo Imperator, ab omnibus est dictus, si Graecos tantum excipias, quibus hoc Imperatoris Occidentis nomen in Italia tum denuo excitatum quam molestum fuerit, ita Eginhardus in ejus vita testatur: *Invidiam tamen, inquit, suscepti nominis Constantinopolitanis Imperatoribus super hoc indignantibus magna tulit patientia*: Atque haec fere eadem habentur in Chronic. Sigeberti ad A. C. 805. Quumque eos propterea P^rnyās Reges humiliori titulo appellarent, id ipsum etiam Romanos, atque adeo Leonem Tertium factitasse, postquam illum ex Rege Francorum, Romanorumque Patricio ad Imperatorium fastigium extulerat; ac *manibus suis propriis*, ut ait Anastasius, *pretiosissima corona coronaverat*, quis cum Alemanno credat unquam? In priori siquidem hujus Pontificis denario, ut ostendimus supra: CARLV. IMP. *Imperator*, non *Rex* inscribitur. Ita pariter a Populo Romano statim ac Pontifex Imperatoria corona eum coronavit, non quidem Regis, sed Imperatoris titulo solemni illa acclamatione fuit salutatus: *Tunc, scribit Anastasius, universi fideles Romani videntes tantam defensionem & dilectionem, quam erga sanctam Romanam Ecclesiam, & ejus Vicarium habuit, unanimiter altisona voce Dei nutu, atque beati Petri clavigeri regni caelorum exclamaverunt: CAROLO.*

PIISIMO. AVGUSTO. A. DEO. CORONATO. MAGNO.
PACIFICO. IMPERATORI. VITA. ET. VICTORIA. At-
que his similia Eginhardus recitat in annalibus.
ubi subdit: *ac deinde omisso Patricii nomine, Imperator & Augustus est appellatus.*

In posteriori hujus denarii parte solita epi-
graphe: SCS. PETRVS, & in medio ROMA legitur
monogrammate inscripta, & literis in crucem
formatis, ut in aliis deinceps monogrammati-
bus quasi semper observatur.



STE-

STEPHANVS · IIII ·

MARINI · F · ROMANVS

ORDINATVS


X · KAL · IVL · A · C · DCCCXVI ·

OBIIT

VIII · KAL · FEBRUAR · A · C · DCCCXVII ·

IMP ·

LVDOVICO · PIO · AVG ·



Olim apud Dionysium Marescotton S. Stephani Equitem.


STEFANVS in monogrammate sine adspiratione. In margine: \ddagger scs. PAVLVS, cuius nomen hic primum occurrit.

\ddagger scs. PETRVS, & in medio rosa, circa quam legitur ROMA.

Ut Quarto potius Stephano, quam alteri ejus nominis Quinto hic denarius tribui debeat, monogramma in eo insculptum me admonet, ut pote quod aliter effictum esse videtur, atque illud ejusdem Stephani Quinti, quod etiam, ut suo lo-

loco patebit, adspirationem habet. Nulla hic vero Ludovici Pii Caroli Magni filii, quem Stephanus in Ecclesia Rhemensi sui Pontificatus initio Imperatorem consecraverat, mentio : cuius quidem nomen non ita facile praetermissum fuisse crediderim, si ut Leblancus, & Pagius perperam sunt arbitrati, tum penes illum summa Romae dominatio, cuncta que ibi monetae potestas existasset.

PASCHALIS
MAXIMI. BONOSI. F. ROMANVS
ORDINATVS
VIII. KAL. FEBRVAR. A.C. DCCCXVII.
OBIIT
IV. ID. FEBRVAR. A.C. DCCCXXIIII.
IMP.
LVDOVICO. PIO. AVG.



Ex Leblanco.


† PSCAL., hoc est, *Pascalis* in monogrammate sine adspiratione. Si enim A, cui crux est su-

superposita , adeas iterum , illamque cum quatuor alijs literis suo loco jungas , *Pascalis* nomen non adspiratum habebis . Huic non multum dissimile est aliud ejusdem Pontificis monogramma , quod in templis sanctae Mariae in Domnica , sanctae Praxedis , & sanctae Caeciliae existit adhuc . Iisdem enim literis componitur , nisi , quod loco Crucis illic adspiratio non exprimitur . In gyro :  SCS PETRVS .


 LVDOVICVS IMP. cum W dupli in ter-
tia nominis syllaba , quod W Theutonicum vo-
catur , & literae V consonantis loco poni ple-
runque solet . Crux in medio , cujus extrema
quatuor has literas praferunt : ROMA .



EVGENIUS · II.
 BOEMVNDI . F. ROMANVS
 ORDINATVS
 XVI. KAL. MART. A. C. DCCCXXIII.
 OBIIT
 MENSE. AVGVSTO. A.C. DCCCXXVII.
 IMP.
 LVDOVICO . PIO . AVG.



VALENTINVS
 PETRI . F. ROMANVS
 ELECTVS
 A. C. DCCCXXVII.
 SEDIT . MENS. I. D. X.
 IMP.
 LVDOVICO . PIO . AVG.



GREGORIVS · IIII ·

IOANNIS · F · ROMANVS

ELECTVS

A · C · DCCCXXVII ·

OBIIT

VIII · KAL · FEBRVAR · A · C · DCCCXLIV ·

IMPP ·

LUDOVICO · PIO · ET · LOTHARIO · AVG G ·



I
AR

II
AR

III
AR

D 2

Apud

I.

Olim apud Vignolium V. C.

PP. GREII, Papae Gregorii: in margine
† SCS PETRVS.

† LDOVVICVS. IMP. PP. *Ludovicus Imperator*
perpetuo. Crux, & in extremis ejus partibus hae
quatuor literae, PIVS, quae ipsius Imperatoris
cognomen efficiunt. Hinc falsum esse videtur,
quod vir celebris memoriae Mabillonius obser-
vat in tom. II. Veter. Analect. pag. 423., uti sci-
licet Carolo titulum Magni, ita etiam huic Im-
peratori ejus filio Pii cognomen, nonnisi post
mortem attributum fuisse. Neque Carolo, inquit,
superstiti agnomen tribui solitum fuisse Magno, ne-
que Ludovico cognomen Pio.

II.

Ex Leblanco.

† GREII, *Gregorii*, ut supra: circa ambitum
⊗ SCS PETRVS, & loco crucis sidus octonis radiis
distinctum.

† LDOVVICVS. IMP., & in area, PIVS, ut in
superiori.

III.

Ex eodem.

PP. GREII *Papae Gregorii*, & in ambitu:
† SCS. PETRVS, ut in priori.

† HLOTHARIUS. IMP., qui alibi *Hludarius*,
& Clo-

& Clotarius, Imp. Ludovici Pii filius, quem Paschalis non. April. A. C. 823. in Basilica sancti Petri Imperatorem coronaverat. In medio, pvs, quod praecipuum patris cognomen fuerat: etsi ipse Lotharius in coenotaphio etiam, quod Browerius recitat lib. 8. Annal. Trevir., Pius dicitur. Ibi enim:


*Continet hic tumultus memorandi Caesaris ossa,
Hlotharii magni principis atque PII.*

HLOTHARIVS cum adspiratione, initiali ejus nominis literae praefixa. Ita enim a medii aevi scriptoribus nomina propria, quae a litera L initium habent, scribi solebant: quod ita scilicet asperiore oris hiatu a Francis, ac reliquis Germaniae populis pronunciabantur. Quare etiam Ludovicus Pius in suis nummis *Hludovicus* inscribitur.

Leblancus tum in Dissert. Hist. pag. 75., tum in Tractatu item Histor. de nummis Regum Francorum pag. 102. hos ipsos Gregorii Quarti denarios exhibuit. Atque utinam ibi hujus saltet Pontificis nomen, quod monogrammate non implicatur, adsequutus fuisset! cognovisset enim Gregorii Papae nomine in secundo casu expresso monetarium non aliud designare voluisse, quam denarios illos non Ludovici, non Lotharii, sed ipsius Gregorii Papae monetam esse.

SER-

S E R G I V S . I I .
 SERGII . F . ROMANVS
 ORDINATVS
 IV . ID . FEBRVAR . A . C . DCCCXLIV .
 OBIIT
 VI . KAL . FEBRVAR . A . C . DCCCXLVII .
 IMP .
 LOTHARIO . AVG .



Apud me.

* SER . P . *Sergius Papa* in medio ; in ambitu
 ✕ SCS . PETRV .

✠ HLOTHARIVS . IMP . in gyro ; in area PIVS .
 Sergius , cuius brevis , & aerumnosus fuit Pon-
 tificatus , ut scripsit Baronius anno 844 . n . 4 .
 anno eodem 844 . Ludovicum II . filium Lotharii
 Imperatoris , cuius nomen denarius refert , a pa-
 tre Romam missum exceptit , ac , ut ait Anasta-
 sius in Vitis Pontificum in Sergio II . pag . 351 .
 editionis Moguntinae 1602 . Oleo sancto perungens
 regali , ac pretiosissima corona vit corona , Regemque
 Lan-

Langobardorum praefecit, & (quod ejusdem Pontificis summum jus, ac imperium in Urbem Romam aperte ostendit) cum missi a Lothario postulassent ab eodem Pontifice, ut primores Romanorum fidelitatem ipsi Ludovico Regi per sacramentum promitterent, hoc Sergius fieri nequaquam concescit. Verum ut Lothario Imperatori Apostolicae Sedis Advocato, ac Defensori, sacramentum facerent, *consentio*, inquit Pontifex, *atque promitto*. Adi Clarissimum Auctorem, qui Apostolicae Sedis Dominium in Comaclensem Urbem propugnavit plura de hac re italice differentem in Defensione II. n. 106. pag. 371. edit. I. Romanae.

Antonius vero Pagius, vir licet doctissimus, in Critic. Baron. ad an. 823., Leblancum sequens, afferit, hos Pontificios nummos, in quibus Ludovici Pii, & Lotharii nomina inscripta leguntur, eorumdem in Urbem Romanam juris indicia esse; Vignolius contra, agens de nummo Leonis III., scripsit haec a Pagio prolata pugnare cum iis, quae idem ad an. 795. dixerat, ante Leonem scilicet, Stephanum II., ejusque successores Urbis dominos re vera fuisse; haec autem verba cum superioribus collata minime inter se pugnare contendit adversus Vignolium V.Cl. Franciscus Pagius in Breviariorum Hist. Pontif. Tom. I. pag. 347. edit. II., nullamque adesse,

con-

contradictionem si dicatur, & Stephanum II., & Leonem III., eorumque successores supremos Romanae Urbis dominos extitisse usque ad Paschalem I., & postea dominium illud ad Imperatores translatum, ex ipsius Paschalis concessione, ut ipse ait, Lothario Imp. facta; verum adhuc ista non tollunt contradictionem ex Antonii Pagii verbis, nam si Lothario primum facta fuit haec concessio an. 823. quonam modo erui poslunt indicia supremi in Urbem juris Ludovici pii Lotharii patris ex nummis hujusmodi, praecipue cum in aliis etiam, a Pontificibus, qui post Paschalem fuerunt, cufis, & eorumdem nomina, una cum Imperatorum nominibus, & aliquando cum unico Pontificis percussi legantur; ut infra denarii Sergii III., & Anastasi III., quamobrem merito fateri videtur Pagius junior, seniorem, qui hosce nummos non Pontificios, sed Imperatorios appellavit, a Leblanco fuisse deceptum; difficultates, quae ex his emergunt praesenserat idem Franciscus Pagius, easque eluere arbitratus est, dicens Paschalem dum omnem jus in Urbem Romam a se abdicavit, reservasse nihilominus illud monetae cudendae, quod tamen, cum nullius scriptoris auctoritate fulcitur, corruit: praeterea nulla adduci causa potest, ob quam Pontifex concessionem illam supremi juris in Urbem fecerit, cum anno 823., qua Lotharius


tharius Paschatis die Imperiale Diadema suscep-
pit, Romae omnia pacata, & composita essent,
quae tamen post Imperatoris discessum turbata
sunt, uti scripsit auctor Vitae Ludovici pii, quem
praeter Baronium ad an. 823. n.2. Pagius junior
refert, ob necem scilicet Theodori Primicerii,
& Leonis Nomenclatoris; & invidia porro inter-
fectoribus innascebatur, quod diceretur, ob fideli-
tatem Lotharii, qui interfecti sunt, talia fuisse per-
pessos. In qua re fama quoque Pontificis laedebatur,
dum ejus consensui totum adscriberetur. Hujus cae-
dis Romae perpetratae querela, non ad Lotha-
rium, uti fieri debuerat, si Urbis dominatio in
eum translata fuisset, delata fuit, sed ad Ludovi-
cum Lotharii patrem, qui Paschale per nuntios
offerente super ista Imperatori examinationem in
Urbem missos suos proficisci jussit; qui re-
deuentes nunciarunt, quod Paschalis Papa ab Inter-
fectorum nece se cum plurimis Episcoporum sacra-
mento purgaverit. Baronius ibidem n.3. subjicit
locum coaevi auctoris in appendice ad Aimo-
num, qui ait interfertos damnatos esse a Paschali
Pontifice Majestatis reatu: At Majestatis crimen
in supremum tantum Principem committitur,
ut notant Jurisconsulti. Illi itaque, qui capite
plexi fuerant Lothario fideles, in Pontificem con-
juraverant, qui uti Romae supremus Princeps,
rite occisos pronunciavit. Sed jam proferendus

est Continuator Historiae Pauli Diaconi, qui solus scripsit Paschalem concessisse Lothario potestatem, quam *prisci Imperatores habuere super Populum Romanum*. Adversus tamen allatas a nobis conjecturas, altumque apud coaevos, majorisque auctoritatis historicos de hac re silentium: si sedulo continuatoris verba perpendantur, recteque explicentur, ex unius tantum vocis explanatione, jam hujusmodi concessioni suum non stabit pondus. Voci illi *prisci* sequiori saeculo usurpatae, quo iam latinae linguae puritas defluerat, non tribuenda est eadem significatio, quam, latina lingua florente habuit; nemo enim, puto, dixerit, eamdem datam potestatem Lothario, quam Vespasianus ex lege Regia a Pulo Romano lata, habuerat, sed eam illi potestatem a Pontifice collatam, quam *prisci*, hoc est ante ipsum Avus, ac Pater Imperatores habuerant, & profecto observatu dignum est, tunc primum post novum a Leone III. constitutum imperium, altero Imperatore adhuc vivente, eamdem, ac ille potestatem Lotharium obtinuisse *super Populum Romanum*, uti nempe ob collatum imperium Apostolicae Sedis Advocatus, ac Defensor haberetur.

De hujusmodi denariis puto mentionem haberi in diplomate ejusdem Imperatoris an. 840. favore Monasterii Farfensis, ut in Chronico col.

col. 398. To. 2. par. 2. Scriptor. rer. Italic. his
verbis: Item in Curte Interocrina, quae fuit Hulde-
rici Castaldi in loco, ubi nominatur Casarica e consti-
tuit Gainonem ad annualiter persol·vendum argenti
solidorum CC. Romaniscos denarios spendibiles.

LEO · IIII.
RADVLPHI . F. ROMANVS
ORDINATVS
III. ID. APRIL. A.C. DCCCXLVII.
OBIIT
XVI. K AL. APRIL. A.C. DCCCLV.
IMP.
LOTHARIO . AVG.



Apud Xaverium Scyllam.
LEO. PAPA in monogrammate , & in margi-
ne: SCS. PETRVS.

HLOTHARIUS in margine, & in medio ejus
monogramma: HIPM, idest, Hlotharius Imperator,
E 2 lite-

litera M postposita. Aliud hujus Pontificis monogramma Christi etiam Domini monogrammate insignitum etiamnum visitur in medio absidis Triclinii Lateranensis ab ipso, ut Anastasius tradit, instaurati. Quod Alemannus minus recte Leoni Tertio ejusdem Triclinii institutori adscribit. Ejus siquidem monogramma, ut vidi-
mus supra, Leonis tantum, hujus vero & Papae nomen utrobique refert.



BENEDICTVS. III.

PETRI. F. ROMANVS

ORDINATVS

III. OCTOB. A. C. DCCCLV.

OBIIT

VI. ID. APRIL. A. C. DCCCLVIII.

I M P.

LVDOVICO. II. AVG.



I
AR



II
AR



I.

Ex Leblanco.

† BENEDICT. p. Benedictus Papa. Figura in
medio Pontificali habitu & bireto, quod Came-
laucum ab Anastasio in Constantino, hodie vero

Ca-

Camaurum dicitur, ornata: qua, ut ex literis hinc inde insculptis, sanctus Petrus adumbrari videtur.

LODOVVICVS. IMP., nempe Secundus, Lotharii Imperatoris filius, quem Sergius Secundus in Regem Langobardorum, & Leo deinde Quartus in Imperatorem unxit A. C. 850. In medio dextera manus expansa, cuius priori syllabae, nempe MA, si literas illas R & O hinc inde positas praeponas, vox ROMA habetur.

II.

Apud Canonicum Augus. Galaminum.

BENED. PA. *Benedictus Papa* in medio, & in gyro: **P** SCS. PETRVS.

LODOVVICVS. IMP. fidere praemisso, quod, ut in Gregorii IV. denario octonis radiis constat: ibi tamen caelatoris incuria non recte fuit expressum. In area: PIVS.

Et si hujus quoque Pontificis nomen monogramma non implicat; Leblancus tamen literis adeo depravatis delineatum illud exhibuit, ut profecto ipse etiam, nisi denarium ipsum ob oculos haberem, in quo BENEDICTVS. PAPA facili compendio legitur, cum eo prorsus ignorarem, quid literae ad id declarandum in medio insculptae sibi vellent. Quod quidem si perspexisset, non hic Imperatoris Ludovici Primi nomen in-

scri-

scriptum esse putasset, qui scilicet die 20. Junii A.C. 840., hoc est, annos quindecim, & menses tres antequam Benedictus Tertius summus Pontifex renunciaretur, jam vivere desiit. Neque etiam admiratus fuisset, cur Lotharius Imperator in denario Gregorii Quarti *Pius* sit cognominatus, quandoquidem Imperator Ludovicus II. ejus filius in hoc denario hoc eodem titulo nuncupetur. Quanvis enim Ludovici I. cognomen id esset, ob idem tamen religionis studium, atque ob eundem affectum, quem tum Lotharius, tum ipse Ludovicus II., uti Imperatores, erga Romanam Ecclesiam illius jura tutando profitebantur, ita ii etiam rite poterant nuncupari. Propterea in libro Diurno Romanorum Pontificum ad Imperatorem scribendi formula statim occurrit, ubi eadem de caufsa inter coetera *Piissimi* titulus ei tribuitur. Ita pariter Carolus Magnus post Imperatoriam coronam a Leone Tertio ejus capiti impositam in solemni illa P. R. acclamazione *Piissimus* dictus fuit, & Berengarius in veteri Panegyrico, quem de ipsius laudibus Hadrianus Valesius edidit notisque eruditis illustravit, *Pius* pariter est appellatus:

*Ter quoque sacra Pius gradibus vestigia fixit
Majestate manus cogens cessare tumultus
Vndantis populi.*

Antonino quoque Imperatori, ut pluribus in
dif-

40

dissertatione de illius columna egi, etsi hoc idem
Pii cognomen peculiare antea fuerat; nihilomi-
nus & reliquos deinde, qui in Imperio ei suc-
cesserunt, Pios appellatos fuisse nemo ignorat.

NICOLAVS
THEODORI . F. ROMANVS
ORDINATVS
VIII. KAL. MAI. A.C. DCCCLVIII.
OBIIT
IDIB. NOVEMB. A.C. DCCCLXVII.
IMP.
LVDOVICO . II. AVG.



I
AR



II
AR



Apud

I.

Apud me.

NICOLAVS in monogrammate , in quo , ut plerunque in aliis etiam , nulla ejus nominis litera desideratur . In margine : $\text{X} \text{ SCS . PETRVS}$.

$\text{X} \text{ LUDOVICVS . IMP .}$, & in area Crux , circa quam literae , ut passim , ROMA .

II.

Apud Scyllam.

Idem monogramma , duabus tamen literis sejunctim additis P & A , hoc est PAPA . In margine solita epigraphe : scs . PETRVS .


In parte posteriori aedificium instar templi in conum desinens cum binis januis arcuatis , totidemque fenestris desuper : quo urbs Roma , seu sancti Petri Basilica denotari posse videtur , cum literis hinc inde : ROMA .



F

HA-

HADRIANVS · II.
TALARI . F. ROMANVS
ORDINATVS
XIX. KAL. IAN. A. C. DCCCLXVII.
OBIIT
MENSE. DECEMB. A.C. DCCCLXXII.
IMP.
LVDOVICO . II. AVG.



Olim ex Museo Marescotti.

ADRIANVS sine adspiratione in monogrammate, quod tres tantum initiales ejus nominis literas exprimit. In margine : scs. PETRVS.

† LVDOVVICVS . IMP. , & in medio ROMA, ut passim.

Arcus vero, qui, Cruci, ut patet, in posteriori hujus denarii parte nomini Ludovici Imperatoris praefixa, superinducitur, observatione aliqua dignus esse videtur: siquidem apud Anastasium arcus argenteos, vel aureos a summis Pontificibus templis dono oblatos, & super sancto-

ctorum Martyrum reliquiarum conditoris, quas Confessiones appellant, positos frequentissime legimus. In Hilaro praesertim pag. 38. Fecit ex argento purissimo in Confessione januas pensantes pondus librarum quinquaginta: supra Confessionem aureum arcum, qui pensabat libras quatuor, quem portant columnae onychinae, ubi stat agnus aureus pensans libras duas. In Symmacho pag. 44. Hic fecit Basilicam sancti Andreae Apostoli apud beatum Petrum Apostolum, ubi fecit ciborium ex argento, & Confessionem pensantem libras centum & viginti: arcus argenteos tres pensantes sing. lib. sexaginta. Oratorium sancti Thomae Apostoli ex argento pensans libras trecentas, & Confessionem libras viginti: arcum argenteum pensantem libras sexdecim. Confessionem sancti Cassiani, & sanctorum Prothi & Hyacinthi ex argento pensantem libras viginti: arcum argenteum pensantem libras duodecim. Oratorium sancti Apollinaris ex argento, & Confessionem cum arcu ex argento pensantem libras triginta. Pag. 45. Fecit autem Oratoria duo sancti Joannis Baptiste & sancti Joannis Evangeliste, in quorum Confessione arcus argenteos posuit pensantes libras triginta. Atque haec eadem praeterea in Hormisda, Honorio, Joanne IV., Theodoro, Sergio, Gregorio III., Hadriano, Leone III., & Paschali, atque alibi pas- sim. Quare hic etiam majoris venerationis caussa arcum ejusmodi appositum fuisse putamus.

IOANNES · VIII ·
GVNDI . F . ROMANVS
ELECTVS
XIX . KAL . IAN . A.C . DCCCLXXII .
OBIIT
XVII . KAL . IAN . A.C . DCCCLXXXII .
IMPPP.
LVDOVICO . II . CAROLO . CALVO . CAROLO
CRASSO . AVGGG .



Olim

I.

Olim ex Museo Blanchiniano.

JOHANNES in monogrammate , cujus superioris partis medium S , inferioris vero litera O tenet . In margine : scs . PETRVS .

¶ LVDOVVICVS . IMP. , & in area : ROMA . Aliud Joannis Octavi monogramma huic simile marmorea aedis sancti Clementis septa quinque in locis insculptum exhibent . Quod Ciacconius , Alemannus , Ducangius , Papebrochius , aliqui viri eruditi , qui hucusque in illud inciderunt , perperam Nicolai Papae signum esse putarunt . Quantum enim illius monogramma ab hoc differat , jam vidimus supra . In eo siquidem H , in hoc vero literae L & C desiderantur .

II.

Olim apud Vignolium V.C.

Idem monogramma , nisi quod O superius , inferius vero S , ut in bulla etiam plumbea , quae apud me exstat , medium occupat . In margine : ¶ KAROLVS . IMP. , cognomento scilicet , vel Calvus , vel Crassus .

In altera parte sanctus Petrus , qui papali bireto , & reliquis pontificalibus indumentis ornatus crucem , & claves manibus praefert .

Quum hic vero Imperatoris Caroli nomen inscriptum sit , quod Nicolai Papae temporibus apta-

aptari minime potest , aliud propterea evidens argumentum habemus , hoc monogramma eidem Pontifici attribui non posse . Sive enim Carolus Calvus , sive alter cognomento Crassus ibi debeat intelligi , uterque ab Joanne Octavo Imperator fuerat coronatus . Unus scilicet xvi. Kal. Januarias A.C. 875. , hoc est , post Nicolai Papae obitum octavo : alter vero viii. Kal. Januarias A. C. 880. , & post ejusdem Pontificis mortem tertiodecimo .

III.

Ex Leblanco.

Monogramma , ut in superiori , & in margine : **X ROMA** , cuius singulas literas puncta intersecant: in superiori regione crux , in inferiori fidus , quod octonis radiis distinguitur .

scs . PETRVS . Eadem sancti Petri imago , ut supra . Nulla hic etiam , ut patet , Imperatoris nominis ratio .



MA-

MARINVS
 PALVMBI . F. NAT. GALLESII . FALERIOR.
 ELECTVS
 MENSE. DECEMB. A.C. DCCCLXXXII.
 OBIIT
 MENSE. MAIO. A.C. DCCCLXXXIII.
 IMP.
 CAROLO. CRASSO. AVG.



Olim apud Vignolum V. C.
 ✚ MARINI . PP. , hoc est , denarius . In me-
 dio : ROMA .

KAROLVS in monogrammate , cognomento
Crassus , & in margine : ✚ SCS . PETRVS .

Incuria credo monetarii factum est , ut ur-
 bis nomen in priori hujus denarii parte , in qua
 illud Pontificis exstat , signatum fuerit . Id nam-
 que , si denarios illos excipias , qui sancti Petri ,
 vel ipsius Pontificis imaginem præseferunt , in
 aliis nusquam deprehendes . Antiquus præterea
 error illorum , Raphaelis Volaterrani præser-
 tim ,

tim, & Platinae, qui hunc Pontificem Martinum Secundum appellant, non aliunde magis, quam ex hoc denario perspici poterit. Est enim optime servatus, ibique MARINI, non MARTINI. pp. diserte legitur. Quum autem hoc idem de Marino Secundo error irrepserit, qui pariter inter Martinos fuit ab eisdem perperam recensitus, propterea qui Quartus dicitur, Martinum Secundum, qui vero Quintus, Tertium fuisse non amplius ambigi poterit.


HADRIANVS · III.

BENEDICTI . F. ROMANVS
ORDINATVS

MENSE . MAIO . A. C. DCCCLXXXIIII.
OBIIT

MENSE . SEPTEMB. A. C. DCCCLXXXV.
IMP.

CAROLO . CRASSO . AVG.



Romae

Romae ex Museo Vistorio.

* HADRIANI in monogrammate, in gyro ✠ scs.
PETRVS.

✠ CAROLVS. IMP., in medio ROMA.

Carolus III. Crassus dictus. Post ejus redditum cum exercitu ab Italia in Galliam, Saracenis finitima Urbi loca vastantibus, Hadrianus III. Pontifex in Galliam pergens, relicto ad Urbis defensionem Joanne Episcopo Ticinensi Caroli misso, in Aemilia, ad Scultennam fluvium vivere desiit, paulo post exactum in Pontificatu annum, & in Nonantulensem Monachorum Ecclesia ejusdem corpus conditum est. Vide Baronium anno 885. num. 1. & Pagium in Critic. ad d. an. num. 1.

STEPHANVS. V.

HADRIANI. F. ROMANVS

ORDINATVS

MENSE. SEPTEMB. A.C. DCCCLXXXV.

OBIIT





MENSE. SEPTEMB. A.C. DCCCXCI.

IMPP.

CAROLO. CRASSO. ET. VVIDONE. AVGG.

G

Ex



I.

Ex Leblanco.

STEPHANVS in monogrammate, & circa il-
lud:  SCS. PETRVS.

 GA-

¶ CAROLVS. IMP. cognomento Crassus, qui
xix. Kal. Februarias A. C. 888., hoc est, Ponti-
ficatus Stephani quarto e vivis excessit. In area
nummi: ROMA.

II.

Olim ex Museo Blanchiniano.

Monogramma, & inscriptio, ut in superiori.
¶ SCS. PAVLVS. In medio ROMA monogram-
mate inscripta. Neque hic ejusdem Caroli Crassi
Imperatoris nomen legitur.

III.

Apud me.

* STEPHANVS in monogrammate. In gyro

¶ SCS. PETRVS.

¶ CAROLVS in margine, in medio I PA
Imperator, ut in nummo Leonis III.


IV.

Apud me.

* STEPHANVS nexit inter se literis, & in am-
bitu ¶ SCS. PETRVS.

¶ CAROLVS. IMP. *Imperator*; in circulo in-
teriori ROMA.

FORMOSVS
 LEONIS . F. PORTVENSIS
 ELECTVS
 MENSE . SEPTEMB. A. C. DCCCXCI.
 OBIIT
 PRID. NON. APRIL. A. C. DCCCXCVI.
 IMPP.
 VVIDONE. LAMBERTO. ET. ARNVLPHO. AVGGG.



I.

Apud Canonicum Augustinum Galaminum.

FORMOS. *Formosus in medio, & in gyro:*

XS. SCS. PETRV.

XX. VVIDO. IMP., qui & Guido, natione Italus,

lus, origine Francus. Hic post Caroli Crassi mortem, Berengario apud Brixiam devicto, & Langobardorum regno occupato, ix. Kal. Martias A. C. 891. a Stephano V. ex Spoletinorum Duce Imperator fuit consecratus, ut ex Chronico Casauriensi, Flodoardo, & Signio Pagius advertit aduersus Baronium, & alios, qui ejus coronationem ad primum Pontificatus Formosum annum referunt. In medio: ROMA.

II.

Apud me.

* Sancti Petri imago, ac utrinque s. p. In gyro FORMOSV. p. *Formosus Papa.*

In ambitu VVIDO. IMP. In medio ROMA.

In hoc quoque nummo legitur nomen Widonis Imperatoris, licet eo, vel nolente, vel negligente auxilium ferre Pontifici, seditionibus vexato, *Formosus* Arnulphum Carolimanni filium Germaniae Regem acciverit, qui, ut ait Luitprandus lib. i. cap. 8. Pontificis injurias ultus est, & ab eodem Imperator coronatus anno 896. paucos menses antequam Pontifex vita decederet; ex Pago anno eodem num. i. Baronius autem observat hanc Arnulphi coronationem irritam fuisse, & per subreptionem factam ex declaratione Romanae Synodi sub Joanne IX. coactae.

BONIFACIVS · VI.

HADRIANI . F . ROMANVS


ELECTVS

MENSE . APRIL . A.C. DCCCXCVI.

SEDIT . DIES . XV.

IMPP.

LAMBERTO . ET . ARNVLPHO . AVGG.



STÉPHANVS · VI.


JOANNIS . F . ROMANVS

ELECTVS . A . C . DCCCXCVI.

SEDIT . ANN . I . M . I . D . XXVIII.

IMPP.

LAMBERTO . ET . ARNVLPHO . AVGG.



RO-


55

R O M A N V S
CONSTANTINI. F. MARINI. PP. N.

ROMANVS
ELECTVS . A. C. DCCCXCVII.

OBIIT
MENSE . IAN. A.C. DCCCXCVIII.

IMPP. T. OTTO
LAMBERTO . ET . ARNVLPHO . AVGG.




T H E O D O R V S . II.

PHOTII. F. ROMANVS
ELECTVS . A. C. DCCCXCVIII.


SESTIT . D. XX.
IMPP.

LAMBERTO . ET . ARNVLPHO . AVGG.



IOAN-

IOANNES · IX.
 RAMPOALDI · F · TIBVRTINVS
 ELECTVS
 MENSE · IVLIO · A · C · DCCCXCVIII ·
 SEDIT · ANN · II · D · XV ·
 IMPP ·
 LAMBERTO · ET · ARNVLPHO · AVGG ·



Ex Museo C. V. Justi Fontanini Archiepiscopi Ancyranii.

* In monogrammate **IOANNES**, & in ambitu
 ✕ **LANTVERT.** IMP.

SCS · PETRVS, ejusdem imago.

Cum ad manus Cl. Vignolii venisset denarius
 huic similis, quem exhibemus, sed adeo tempo-
 ris injuria detritus, ut literæ vix internosci pos-
 sent, & in primae literae apicem lineola quae-
 dam transversa irrepsisset, ut C. formam referre
 videretur, octava quoque speciem aliquam B:
 habe-

haberet (reliquae autem penitus deletae perierant) putavit doctissimus Vir (Joannis enim monogramma inscriptum erat) nummum Cantuariæ , quæ & Contuerbia dicta fuit urbs Angliae Metropolis , percussum , & forsan ex iis fuisse , qui denarii S. Petri appellabantur , quos singulos singulæ illius Regni domus Beato Petro quotannis pensitabant . Verum longe ab hoc diversi sunt denarii ab Anglis in Apostolorum Principis honorem dati , quos delineatos vulgarit Andreas Fountaine in numismatibus Anglo-saxonicis , & Anglodanicis ad calcem tomij III . Thesaur.ling.Sepentr. Georgii Hickesii tab. ix ., in his enim legitur . Mon. Eborac. Civ. S. Petri ; cum ea moneta Eboraci cuderetur ab ejusdem Urbis Episcopo , cui id juris erat . Porro in supradicto denario Lamberti nomen inscriptum adverterat clarissimus , & acerrimi judicii vir , quem honoris causa nomino , Justus Fontaninus Archiepiscopus Ancyranus , & ab eo amice monitus Vignolius ad oram sui exemplaris mendum adnotaverat , correcturus profecto , si alteram editionem parasset .

Nummus , quem damus integer est , & in eo aperte legitur LANTVERT. IMP. Lantbertus scilicet Widonis Imperatoris filius , qui a Patre anno 892. ad Imperii consortium adscitus , coronatus est a Pontifice Formoso , & Johannes IX. cui

nummum jure tribuimus anno 904. in Synodo Ravennate ejusdem coronationem approbavit, confirmavitque, reprobans illam Berengarii a se per vim extortam, uti refert Baronius ad dictum annum num. viii. verum Pagius in Critic. ad d. an. num. viii. Ravennate hoc Concilium ad annum 898. retrahit.

Pro Lamberto scriptum est *Lantuert*. propter adspirationem, gravitatemque pronnnciationis Septentrionalium gentium, literis m & b migrantibus in nt, & v. Hic idem Lambertus in annalibus Bertinianis tomo ii. rerum Italic. pag. 575. Lantbertus, immutatis etiam literis, dicitur.

BENEDICTVS · IIII.

MAMOLI. F. ROMANVS

ELECTVS

MENSE . AVGVSTO . A. C. DCCCC.

SEDIT . ANN. III. M. II.

IMP.

LVDOVICO . III. AVG.

Ex

I
ARII
ARIII
AR

I.

Ex museo Scyllae.

BENEDICTVS in monogrammate , & in margine :  SCS PETRVS .

 CLVVDIOCVS . IMP. , & in medio : ROMA .
Ludovicus nempe III. Bosonis Arelatensis Re-
gis filius, qui post mensem Augustum A.C. 900.
a Benedicto IV. Imperator fuit coronatus . Re-
gino in Chron. ad eundem annum : *Novissime* ,
ait , *Ludovicus Berengarium fugat , Romam ingre-*

ditur, ubi a summo Pontifice coronatus Imperator appellatur: quique postquam per annos duos imperasset, a Berengarii militibus Veronae in aede S. Petri captus, oculis orbatur. Quare Anonymus Panegyrista lib. iv. de laudibus Berengarii:

*Ilicet admissi penetrant miserabile templum,
Quo Ludovicus erat: subito rapiuntque ligantque,
Et pulcros adimunt oculos. Securus in aula
Forte sedebat enim, idcirco pia munera lucis
Perdidit, obsessus tenebris quoque solis in orsu.*

II.

Apud eundem.

Alter hic denarius cum superiori prorsus est idem, nisi quod nomen Imperatoris diversimode expressum ostendit. Ibi enim CLVVDICVS, cuius prior litera C & L praefixerre videtur: hic vero LVVDOICVS scribitur.

III.

Olim ex museo Blanchiniano.

BENEDICTVS in monogrammate, quod tamen a superioribus parumper differt, quum insuper & litera C inibi appareat. In margine:
 SCS. PETRVS.

 SCS. PAVLVS. ROMA, literis, quae, ut passim, extremis crucis partibus adhaerent.


LEO

61

LEO · V ·
IN · AGRO · ARDEATINO · NATVS
ELECTVS

MENSE · OCTOB · A · C · DCCCCIII ·
SEDIT · M · I · D · XXVII ·

IMP ·
LVDOVICO · III · AVG ·




CHRISTOPHORVS
PVLSO · LEONE
ROMANAM · SEDEM · INVASIT
MENSE · NOVEMB · A · C · DCCCCIII ·

ELECTVS
MENSE · MAIO · A · C · DCCCCIV ·

IMP ·

LVDOVICO · III · AVG ·



SER ·

SERGIUS. III.

BENEDICTI. COMIT. TVSCVLANI. F. ROMANVS

ORDINATVS

MENSE. MAIO. A.C. DCCCCIII.

OBIIT

MENSE. AVGVSTO. A.C. DCCCCXI.

IMP.

LVDOVICO. III. AVG.

I
ARII
AR

I.

Ex Museo Scyllae.

* **S**ERGIUS. PP. In area Crux, una cum di-
visis hinc, inde literis ROMA.

Sancti Petri protome cum literis: **P** PETRVS.

Ser-

Sergium III. pontificia veste indutum, & mitra ornatum hic exhibet nummus; at in superioribus denariis Pontificum capita camelaucio tantum tecta visuntur: quae res mire favet eorum sententiae, qui Pontifices serius mitram gestasse arbitrantur.

Mitram fere semper eos gestasse, raro tiaram (quam Regnum vocant) scripsit Innocentius III. in sermone de S. Silvestro operum ejus tom. I. edit. Colon. 1575 pag. 96. Romanus itaque Pontifex in signum imperii utitur Regno, & in signum Pontificii utitur Mitra, sed Mitra semper utitur, & ubique, & sermone III. de consecratione summi Pont. pag. 194. In signum spiritualium contulit Mitram, in signum temporalium dedit mihi Coronam, Mitram quoque pro Sacerdotio, Coronam pro Regno.

In hoc nummo deest Imperatoris nomen, qui erat Ludovicus III., ut & in sequenti Anastasii. Quamobrem honoris tantum causa Imperatorum nomen monetæ inscribebatur, non ad aliquod jus supremum in Romanam Urbem indicandum, ut nonnulli perperam sensere, & postremo, Jo: Georgius ab Eckart, qui aliquot ex his nummis refert in Commentariis de rebus Franciæ Orientalis tom. 2. lib. 25. pag. 5., & lib. 31. pag. 897.

II.

Romae ex Museo Victorio.

- * Alter denarius huic fere similis est, sed
alio typo cusus.

ANASTASIVS. III.

LVCIANI. F. ROMANVS

ELECTVS


MENSE. AVGVSTO. A. C. DCCCCXI.

OBIIT

MENSE. OCTOB. A. C. DCCCCXIII.

IMP.

LVDOVICO. III. AVG.




Olim ex museo Blanchiniano.

ANASTASIVS in monogrammate, & in mar-
gine:  ROMA.


SCS. PETRVS. Pontifex, vel sanctus Petrus
veste Pontificali indutus, & ante pectus crucem
praesuperans. Neque hic ulla, ut vides, Ludo-
vici Tertii Imperatoris mentio.

LAN-

L A N D V S
 TAMI . F. NAT. SABINVS
 ELECTVS
 MENSE . OCTOB. A. C. DCCCCXIII.
 SEDIT . M. VI. D. X.
 IMP.
LVDOVICO . III. AVG.



I O A N N E S . X.
 IOANNIS . F. RAVENNAS
 ORDINATVS
 MENSE . APRILI . A.C. DCCCCXIII.
 SEDIT . ANN. XIIIIL M. II. D. III.
 IMPP.
LVDOVICO . III. ET . BERENGARIO . AVGG.



I


Olim

Olim ex museo Marescotti.

IOH. *Johannes*: s. PETRS (*sic*) litera V prae-termissa . In medio Pontifex indumentis pontificalibus ornatus .

X BERNEGARIUS (*sic*) IMP. Berengarius nempe ab hoc Pontifice die Paschatis A.C. 916. Imperator coronatus, atque Italorum Imperatorum postremus , post cuius mortem, quae sequuta est A.C. 924. Occidentis Imperium per annos octo, ac triginta vacavit , usque scilicet ad an. 962., quo Otto Germanorum Imperatorum primus fuit a Joanne XII. ad illud adsumptus .

L E O . VI.
CHRISTOPHORI . F. ROMANVS
ORDINATVS
MENSE . IVNIO . A. C. DCCCCXXVIII.
SESTIT . MENS. VII. D. V.



STE-

S T E P H A N V S . V I I .


THEVDEM VNDI . F. ROMANVS

ELECTVS

MENSE . FEBR. A.C. DCCCCXXIX.

OBIIT

MENSE . MARTIO . A.C. DCCCCXXXI.



I O A N N E S . X I .


SERGII. III. PP. EX. MAROZIA. F. ROM.

ORDINATVS

MENSE . MARTIO . A.C. DCCCCXXXI.

OBIIT

MENSE . IAN. A.C. DCCCCXXXVI.



Apud me.

* ✕ DOM. IOANES. In medio nexit literis
PAPA.

✚ SCS. PERTVS. In medio Rosa.


Joannes XI. potentia Widonis Tusciae Mar-
chionis, & Marociae matris ad Pontificatum
ejectus, ut apud Baronium anno 931. num. i.

In aversa nummi parte legitur, transpositis
literis : SCS. PERTVS pro *Sanctus Petrus*, nec Im-
peratoris nomen appetet ; anno enim 924. Be-
rengario a suis occiso, Occidentales Imperatores
esse desierunt. In area est Rosa, quam artifex
ad ornatum fortasse insculpsit ; verum si conje-
ctare in his liceat, non immerito, referri ea
posset ad ritum circa haec tempora in Ecclesiam
inductum a Summis Pontificibus, auream Ro-
sam consecrandi quarta Dominica Quadragesi-
mae, quae *laetare* dicitur : Auctores, qui sacrum
hunc ritum post saeculum x. inventum puta-
runt, refellit Jacobus Gretserus de Benedictio-
nibus lib. 2. cap. 40. pag. 201. & longe vetustio-
rem putat Theophilus Raynaudus in libro de
Rosa mediana Operum tomo x. pag. 413. ubi
refert ex Cencio Camerario in opere de Censi-
bus (quod nondum totum vulgatum est) nar-
rari, S. Leonem IX. Monasterium Bambergae
aedificasse, a Virginibus Deo dicatis habitan-
dum, quibus privilegia indulxit hac lege, ut
quo-


quotannis Romanae Ecclesiae penderent Rosam auream a Pontifice benedicendam Dominica quarta Quadragesimae , aut auri pondus , quantum Rosae conflandae sufficeret . Quamobrem vir eruditus , cum observasset apud auctores , qui Caroli Magni tempore scripserunt , hac de re ne ullum quidem verbum haberi , putavit in ea temporis intercapidine , quae inter Caroli Magni obitum anno 814. , & S. Leonis IX. electionem anno 1049. intercedit , Rosam consecrandi ritum fuisse inductum nempe , vel eo saeculo , quo Joannes XI. sedet , vel proxime anteacto . Cumque ipse Pontifex electus fuerit , ex Pagio (ad annum 936.) circa diem xv. Martii anno 931. , quo Pascha incidit in diem x. Aprilis , consequitur quartam Quadragesimae Dominicam die xx. Martii recurrisse , qua ejus ordinatio facta fuit , uti monuere Hagiographi Bollandiani in Propyloeo ad acta SS. Maii parte i. pag. 158. , quamobrem in ejusdem Pontificis ordinationis memoriam , Rosam in denariis exhiberi , si sacer hic ritus tam antiquus foret , non inverisimile videri posset .

70

LEO. VII. ROMANVS
ELECTVS
MENSE. IAN. A. C. DCCCCXXXVI.
OBIIT
MENSE. IVLIO. A. C. DCCCCXXXIX.



STEPHANVS. VIII.
NAT. GERMANVS
ELECTVS
MENSE. IVLIO. A.C. DCCCCXXXIX.
SESTIT. ANN. III. M. IIII. D. XV.



CCL

MA-


MARINVS · II.

CONSTANTINI. F. MARINI. PP. N. ROMANVS

ELECTVS

MEMSB. DEC. A. C. DCCCCXLII.

SESTIT. ANN. III. M. VI. D. XIII.



AGAPITVS · II · ROMANVS

ELECTVS

MENSE. IVNIO. A.C. DCCCCXVI.

SESTIT. ANN. X. MENS. ALIQVOT.



I
AR



II
AR



Olim

I.

Olim ex Museo Marescotti.

☩ AGAPITVS. PA. in margine, & in medio
Pontifex dextera manu crucem, sinistra claves
gestans.

☩ SCS. PETRVS, & in monogrammate: AL-
BERICVS Adalberti Marchionis Thusciae ex Ma-
rozia filius, qui Consulis, seu Patricii titulo ur-
bis tyrannide potiebatur.

II.

Apud eundem.




AGAPITVS. PAPA in monogrammate, & cir-
ca ambitum: ☩ ALBERICVS.

☩ SCS. PETRVS, & in medio ipsius proto-
me, ut in superiori: sed hic dextera crucem
tantum exhibit.



IOAN-

IOANNES · XII.
 ALBERICI . VRBIS . CONSVLIS . F . ROMANVS
 ORDINATVS
 POST . DIEM . XX . AVG . A . C . DCCCCLVI .
 OBIIT
 PRID . ID . MAI . A . C . DCCCCLXIII .
 IMP .
 OTTONE . MAGNO . AVG .



K

Olim

I.

Olim apud Vignolium V. C.

† DOMNVS . IOHA . Joannes, antea Octavianus, de quo Flodoardus in Chronic. ad A.C. 954. Albrico Patricio Romanorum defuncto, filius ejus Octavianus quum esset clericus, Principatum adeptus est: qui etiam postea defuncto Agapito, suggestibusque sibi Romanis, Papa urbis efficitur. Et Onuphrius Panvinius in notis ad Platinam: Quem primum esse inveni, qui nomen in Pontificatu mutarit. Nam quum antea Octavianus vocaretur, ut Guilielmus Bibliothecarius scribit, gentili nomine omisso, tanquam parum majestati & religioni Pontificiae idoneo, se Joannem appellavit. In medio: PAPA.

† SCS . PETRVS , in area crux, circa quam:
ROMA .

Ante Ottonis Imp. coronationem, quae, ut dixi, mense, Februario A. C. 862. fuit celebrata, hunc denarium percussum fuisse, indicio esse videtur, quod nulla ibi ejusdem Imperatoris ratio habetur.

DOMNVS, honoris per id tempus, non potestatis titulus, hominibus in aliqua vel ecclesiastica, vel saeculari dignitate constitutis tribui solitus, uti apud medii aevi scriptores fere innumera de hoc exempla occurrunt. Etsi enim titulo Domini respondet, solus tamen Deus Dominus dici solebat; quare illud:

Cae-

Caelestem dominum, terrestrem dico domum.

Postea vero quam vulgaris uterque titulus evaserit, apud Hispanos praesertim atque nos Italos, jam notum est omnibus.

II.

Apud Scyllam.

† DOM. IOANES (*sic*) hoc est, *Domnus Joannes*, & in medio: *PAPA*, ut in superiori.

† OTTO. IMPERATO (*sic*) In medio ipsius Ottonis caput, ut apparet, corona imperatoria ornatum. Leblancus, qui pariter hunc denarium exhibuit in sua *Dissertat.* pag. 85., & in *Tract. histor.* pag. 88., non hic Ottonem Primum, sed Tertium intelligit, cuius temporibus ut satis commode Joannis Papae nomen aptari possit, non video, quum inter Gregorium Quintum, a quo A. C. 996. Imperator & urbis Patricius fuit renunciatus, & Silvestrum Secundum, sub quo vivendi finem fecit, non aliis ejus nominis Pontifex intercessit, quam Joannes Pseudopontifex, qui opera Crescentii Cos. eodem Gregorio Imperatoris cognato Roma expulso, sedem Pontificiam invasit, ac subinde in tantam ejusdem Imperatoris indignationem incidit, ut nedum Crescentius, sed ipse etiam extrema fuerit expertus. De quo Chronicus Hildesheimensis auctor ad A. C. DCCCLXXXVIII. *Praedictus*, inquit, *invasor Joannes ab Imperatore caecatus & truncatus de-*

ponitur, & Crescentius decollatus cum duodecim suis ante urbem suspenditur. A quo proinde quum hujusmodi nominum consortium excludi prorsus videatur, restat, ut Joanni XII. hic denarius sit adscribendus, qui Ottone Primo Germaniae rege adversus Berengarium juniores accito, ejusque opera & auxilio Sedis Apostolicae oppidis, quae Berengarius invaserat, recuperatis, mense Februario A. C. 962. Occidentis Imperium, quod ab anno 924. vacabat, ut pactio intercesserat, ei contulit. Ut vero nihil dissimulem, posset utique hic denarius aliquo pacto Joanni XIII. attribui, a quo etiam Otto Secundus Ottonis Primi filius, postquam Romae in seditiones animadvertit, Imperator fuit coronatus; sed non est, cur huic potius, quam alteri illum adscribere debeam, quum praesertim *Domni* titulus, quo postea illius exemplo Leo etiam VIII. ut videbimus, in suis denariis fuit inscriptus, id mihi suadeat. Quod quidem in aliis deinde nusquam legitur.

III.

Apud me.

*  DOMNVS. IOA. In medio: PAPA.

 SCS. PETRVS. In area: ROMA.

Primo denario similis. In hujus typo ab scalptore omissa fuit litera H in Johannis nomine.

LEO

LEO · VIII · ROMANVS

A · PSEVDOSYNODO

VIVO · ADHVC · IOANNE · XII ·

ELECTVS


VIII · ID · DEC · A · C · DCCCCLXIII ·

OBIIT

MENSE · APRIL · A · C · DCCCCLXV ·

IMP ·

OTTONE · MAGNO · AVG ·



I.

Olim ex Museo Blanchiniano.

LEONI · PAP · OTTO in nummi area , lineis in-
terpositis .

San-

Sancti Petri protome in medio, literis hinc
inde P & S, hoc est, *Petrus sanctus*. In margine
aliquot literarum vestigia apparent, quae tamen
haud discerni possunt.

I I.

Apud Scyllam.

DN. LEONI. PAPE in medio, ut supra.

SCS. PETRVS, & in area ipse Apostolorum
princeps dextera claves gestans.

Hic autem, ut patet, denarius ille est, qui a
Baronio, utpote atra seu viridi rubigine obdu-
ctus, aureus dicitur, qui ab ipso Leoni Ma-
gno, & ab Alemanno Leoni Tertio adscribitur.
Si quis vero illum cum superiori conferat, &
formam & characteres utriusque expendat, de
hoc non erit, quod dubitet.

DN. Perperam quidem iidem Baronius, &
Alemannus notam hanc compendiariam *Domino*
Nostro sunt interpretati, quum literas punctum
non dividat, sed linea sit iis superaddita, quae
unicam vocem esse demonstrat. Ita enim tunc
temporis titulus *Domni* compendio scribi sole-
bat. Quod quum recentiores minus quandoque
adverterint, quoties eadem sibi nota in vetustis
tum codicibus, tum marmoreis monumentis oc-
currit, pro *Domnum* Dominum lectitare ac scri-
bere non dubitarunt. Atque ita quum in Tricli-
nio Lateranensi legatur: SCISSSIMVS. DN. LEO. PP.

in

in musivo aedis sancti Marci: scissimvs. dn. gregorii . pp., & in portis aeneis Basilicae Lateranensis: dñi . caelestini , linea literis ubique superposita , Alemannus vocem explicat , & pro *Dominum* Dominum legit . Quod Leblanco occasionem praebuit , ut exinde inane aliud summae Caroli Magni in urbem Romam dominationis argumentum defumeret , quandoquidem in eodem Triclinio Lateranensi ipse etiam Carolus dn. , hoc est *Dominus* , non *Dominus noster* , qui honoris , ut diximus , non potestatis titulus erat , pari modo inscribatur .

B E N E D I C T V S . V.

O R D I N A T V S


I I I . K A L . IV N . A . C . D C C C L X I I I .

O B I I T . H A M B U R G I

I I I . N O N . I V L . A . C . D C C C L X V .

I M P .

O T T O N E . M A G N O . A V G .



Olim

Olim ex museo Marescotti.

BEN. hoc est, *Benedictus* ex una parte: ex altera vero aliarum literarum vestigia, quae forsan Papae titulum exprimebant. In medio Pontifex juvenilem quandam faciem referens, ac papali bireto ornatus.

☩ SCS. PETRVS, & in medio ROMA, linea, ut supra in Leonis denariis, interjecta.

Ottonis Imperatoris nomen hic non legitur, utpote qui ejusdem Benedicti electionem aegre ferens, illum, vivo adhuc Leone Antipa-pa, cuius partes tutabatur, a Pseudosynodo ex-auctorari curavit.

I O A N N E S . X I I I .

IOANNIS . F. ROMANVS

ORDINATVS


KAL. OCTOB. A. C. DCCCCLXV.

OBIIT

VIII. ID. SEPT. A. C. DCCCCLXXII.

IMP.

OTTONE . MAGNO . AVG.



Ex

Ex Museo Scyllae.

* **X DOM. IOHA. PAPA. Domnus Johannes Papa.**

In area: OTTO.

X SCS. PETRVS. In medio manus expansa,
ut in nummo Benedicti III., sed in hoc omisſae
sunt literae illae **ro.**

Denarium hunc ab iis Johannis XII. di-
versum esse satis appetet, quamobrem merito
Johanni XIII. adscribimus. Hic post obitum
Leonis VIII., qui vivente Benedicto V. in La-
teranensi Synodo Apostolicam Sedem invaserat,
electus, Ottonem II. Ottonis I. Imperatoris fi-
lium anno 967. Imperiali diademat ornavit,
ut legitur in Epistola ejusdem Ottonis I. apud
Witichindum Annal. lib. 3. inter scriptores Ger-
manicos Henrici Meibomii tom. 1. edit. 11. pag.
661. *Filius noster in nativitate Domini Coronam a
Beato Apostolico in Imperii dignitatem suscepit.*
Hujus Ottonis II. nomen in nummo indicari vi-
detur non addito Imperatoris titulo, qui adest
in praecedenti denario Johannis XII. nomine
Ottonis I. insignito. Quare non inverisimile est
Ottonem II. Patre vivente vel ob reverentiam,
vel quia ad Imperii consortium non fuerat ad-
scitus saltem in actis publicis *Imperatoris* titu-
lum non usurpasse, cum praesertim eo anno 967.
adhuc puer esset duodennis, editus enim fuerat
in lucem anno 955. teste Reginone in Chronico

L lib. 11.

lib. II. inter scriptores Germanicos I. Pistorii pag. 74., quod confirmari etiam posset Diplomatibus ab Ottone I. datis ab anno 967. ad 973. quo e vita migravit, in quibus tantum nomen ipsius legitur, ut videre est in quinque allatis a Meibomio eodem tom. I. a pag. 751. ad 754., & in duobus apud Ughellum Ital. Sac. tom. 3. col. 709., & tom. 5. col. 646. edit. I.



BE-

BENEDICTVS · VI ·
 ILDEBRANDI · F · ROMANVS
 ORDINATVS
 X · KAL · OCTOB · A · C · DCCCCLXXII ·
 OBIIT
 MENSE · MART · A · C · DCCCCLXXIII ·
 IMPP ·
 OTTONE · MAGNO · ET · OTTONE · II · AVGG ·



I



II



I.

Apud me:

* D. BE. P. Dominus Benedictus Papa divisis lite-
 ris , & Crux in medio , in margine : ☧ otto
 IMPE. ROM.

S. PE. S. Petri protome Crucem manu ge-
 stantis . L 2 Bes

Benedicto VI. nūmmum hunc tribuimus,
cum multum differat ab iis, qui sunt Benedi-
cti V. & VII. Altero sui Pontificatus anno, is a
Bonifacio Francone, impio homine captus, &
vita privatus est. Ottonis II. nomen est, cum
Otto I. anno 973. jam pridem obiisset, ut supra
diximus.

III.

Apud me.

* Pontificis imago, & ad ejusdem dextrum
latus: **P** BENE. ad sinistrum: **PAP.** hoc est, Be-
neditus Papa.

P SCS. PETR. OTTO, & in area ROMA lineola
utramque vocis syllabam dividente.

DONVS. II. ROMANVS

ORDINATVS


NON. APRIL. A. C. DCCCCLXXIIII.

OBIIT

A. C. DCCCCLXXV.

IMP.

OTTONE. II. AVG.



BE-

BENEDICTVS. VII.

DAVIDIS. F. ROMANVS

ORDINATVS

XIV. KAL. IAN. A. C. DCCCCLXXV.

OBIIT

VI. ID. IVL. A. C. DCCCCLXXXIII.

IMPP.

OTTONE . II. ET . OTTONE . III. AVGG.




AR



Olim ex museo Blanchiniano.

BENEDICTVS in monogrammate, & circa
marginem: **+** SCS. PETRV. AP. *Apostolus.*

+ OTTO. IMP. ROM. Otto scilicet II. Otto-
nis Primi Imperatoris filius a Joanne XIII. Im-
perator coronatus.



IOAN-

IOANNES · XIV.

ELECTVS


MENSE . IVLIO . A.C. DCCCCLXXXIV.

OBIIT

MENSE . MARTIO . A.C. DCCCCLXXXV.

IMP.

OTTONE . III . AVG.



BONIFACIVS · VII.

VERRVCCII . F. ROMANVS

ROMANAM . SEDEM . INVASIT


MENSE . MARTIO . A.C. DCCCCLXXXV.

OBIIT

A.C. DCCCCLXXXV.

IMP.

OTTONE . III . AVG.



IOAN.

IOANNES · XVI.

LEONIS . PRESBII . F . ROMANVS

ELECTVS


MENSE . DECEMB . A . C . DCCCCLXXXV .

OBIIT

MENSE . MAIO . A . C . DCCCCXCVI .

IMP .

OTTONE . III . AVG .



GREGORIVS · V.

OTTONIS . FRANCONIAE . DVCIS . F .

ELECTVS


MENSE . MAIO . A . C . CMXCVI .

OBIIT

XII . KAL . MART . A . C . CMXCIX .

IMP .

OTTONE . III . AVG .




IOAN-

IOANNES · XVI.

ROMANAM . SEDEM . INVASIT
MENSE . MAIO . A. C. CMXCVII.

ELECTVS
MENSE . MARTIO . A. C. CMXCVIII.
IMP.

OTTONE . III. AVG.



SILVESTER · II.

ORDINATVS


DIE . SECUNDA . APRILIS . A. C. CMXCIX.

OBIIT

DIE . VNDECIMA . MAII . A. C. MIII.

IMPP.

OTTONE . III. ET. HENRICO . II. AVGG.



IOAN-

IOANNES · XVII.

DICTVS . SICCO . ROMANVS

ORDINATVS


DIE . XIII . IVNII . A . C . MIII .

OBIIT

DIE . VII . DECEMB . A . C . MIII .

IMP .

HENRICO . II . AVG .



IOANNES · XVIII.

DICTVS . FASANVS . ROMANVS

ORDINATVS


DIE . XXVI . DECEMB . A . C . MIII .

OBIIT

MENSE . MAIO . A . C . MIX .

IMP .

HENRICO . II . AVG .



M

SER-

S E R G I V S . I I I .

M A R T I N I . F . R O M A N V S

O R D I N A T V S


M E N S E . I V N I O . A . C . M I X .

O B I I T

M E N S E . I V L I O . A . C . M X I I .

I M P .

H E N R I C O . I I . A V G .



B E N E D I C T V S . V I I I .

G R E G O R I I . C O M I T . T V S C V L A N I . F .

E L E C T V S


M E N S E . N O V E M B . A . C . M X I I .

O B I I T

A . C . M X X I V .

I M P P .


H E N R I C O . I I . E T . C O N R A D O . I I . A V G G




I O A N .

91


IOANNES. XIX.
BENEDICTI. VIII. GERMANVS. FRATER
ELECTVS
ANTE. MENSEM. OCTOB. A.C. MXXIV.
OBIIT
A. C. MXXXIII.
IMP.
CONRADO. AVG.




BENEDICTVS. IX.
ALBERICI. COMIT. TVSCVLANI. F.
ORDINATVS
ANTE. DIEM. XVII. NOVEMB. A.C. MXXXIII.
SEDE. PVLSVS
CIRCA. INITIVM. A.C. MXXXXIV.
CONRADO. II. ET. HENRICO. III. AVGG.



GREGORIVS · VI.
 ROMANAM . SEDEM . OCCUPAVIT
 MENSE . MAIO . A . C . MXXXXIV .
 EA . SE . ABDICAVIT
 DIE . NATALIS . D . A . C . MXXXXVI .
 IMP.
 HENRICO . III . AVG .



CLEMENS · II.
 ELECTVS
 DIE . NATALIS . D . A . C . MXXXXVI .
 OBIIT
 IX . OCTOB . A . C . MXXXXVII .
 IMP.
 HENRICO . III . AVG .



DA-

DAMASVS. II.

ORDINATVS


XVI. IVLII. A. C. MXXXXVIII.

OBIIT

VIII. AVGUSTI. A. C. MXXXXVIII.

IMP.

HENRICO. III. AVG.



LEO: IX.

ORDINATVS


XII. FEBRVARII. A. C. MXLIX.

OBIIT

XIII. KAL. MAI. A. C. MLIV.

IMP.

HENRICO. III. AVG.



Ex Museo Com. Antonii Soderini.

* LEO . P. in area quadrata ; in ambitu : scs
PETRVS .

HENRICVS . IMP. ; in medio : ROMANORV .

In denario Pontificis Leonis IX. inter Sanctos ab Ecclesia relati, nomen Henrici III. Imperatoris legitur, Leo autem Henrico II. erat sanguine junctus . Vide Aprilem Bollandianum tomo II. pag. 648. Hagiographi in Propyl. ad acta SS. Maii in conatu Chronhistor. ejusdem S. Pontificis sigillum referunt , in quo , sicut in hocce nummo legitur : LEO . P.

VICTOR · II.

ORDINATVS


XIII. APRIL. A. C. MLV.

OBIIT

XXVIII. IVL. A. C. MLVII.

IMPP.

HENRICO. III. ET. HENRICO. IV. AVGG.



STE-

⁹⁵
S T E P H A N V S . I X .

ORDINATV S


III. AVGVSTI. A. C. MLVII.

OBIIT

IV. KAL. APRIL. A. C. MLVIII.

IMP.

HENRICO . IV . AVG .



B E N E D I C T V S . X .

ROMANAM . SEDEM . INVASIT


XXX. MARTII . A. C. MLVIII.

DEPONITVR

MENSE . IAN . A. C. MLIX .

IMP.

HENRICO . IV . AVG .



NI-

NICOLAVS · II.

ELECTVS


XXVIII. DEC. A. C. MLVIII.

OBIIT

XXII. IVL. A. C. MLXI.

IMP.

HENRICO . IV. AVG.



ALEXANDER · II.

ELECTVS


I. OCTOB. A. C. MLXI.

OBIIT

XXI. APRIL. A. C. MLXXIII.

IMP.

HENRICO . IV. AVG.



GRE-

G R E G O R I V S . V I I .
⁹⁷
ELECTVS


XXII. APRIL. A. C. MLXXIII.

OBIIT

XXV. MAII. A. C. MLXXXV.

IMP.

HENRICO . IV. AVG.



V I C T O R . I I I .

ELECTVS


XXIV. MAII. A. C. MLXXXVI.

OBIIT

XVI. KAL. OCTOB. A. C. MLXXXVII.


IMP.

HENRICO . IV. AVG.



VR.

V R B A N V S . I I .
 ELECTVS
 XII. MARTII. A. C. MLXXXVIII.
 OBIIT
 IV. KAL. AVGVSTI. A. C. MXCIX.
 IMP.
 HENRICO. IV. AVG.



P A S C H A L I S . I I .
 ORDINATVS
 XIV. AVGVSTI. A. C. MXCIX.
 OBIIT
 XII. KAL. FEBR. A. C. MCXVIII.
 IMPP.
 HENRICO. IV. ET. HENRICO. V. AVGG;



Apud

* **PASCHALIS. PP. In medio II.**


Denarius hic ex Pontificiis veteribus nummis unicus est bracteatus cum in Germania tantum hujusmodi monetam in usu fuisse hucusque creditum a Joanne Petro Ludewig , qui hac de re agit in Introductione ad rem Monetariam Germanorum Theotischo idiomate , explicans bracteatos quosdam nummos in Allenſi vicinia repertos anno 1708., breviterque loquitur etiam de ratione , qua cusi fuerunt , ut legere est in Actis Eruditorum Lipsiæ anni 1709. pag. 344. Inde Joannes Georgius Leucfeldius eosdem illustrare aggressus est in Antiquitatibus nummariis Germanica item lingua exaratis , ut in laudatis Actis Lipsiensibus anni 1721. refertur pag. 541. in quibus etiam additur *auctorem disputare , an saeculo x. , vel xii. bracteati nummi cusi fuerint , & item sub judice reliquit , sed quaestio haec sublata fere videtur a nostro nummulo bracteato saeculo xi. exeunte , quo Paschalis ad sumnum Pontificatum evectus est , vel initio duodecimi cuso ; quod si alicui id scrupulum injiciat , esse scilicet denarium hunc singularem , nullumque alium hujus generis reperiri inter tot Summorum Pontificum auctoritate percussos , ego ne nimium propositi tenax videar , quaestionem in medio prolatam , aliis judicandam relinquam , arti-*

artifex nè adversi typi, an probe inscalptus fuerit, periculum facturus, argenteam hanc bracteum cuderit; verum ex ea, summam ob raritatem magni facienda, non leve haberi potest argumentum a Paschale II. Pontifice nummos, de quibus agimus, fuisse percussos.

FINIS

PRAE . CETERIS . CORRIGENDA .

<i>Pag. 6. lin. 10.</i>	duac	duae
<i>Pag. 20. lin. 7.</i>	ab Adriano Papa	ab Stephano II. Papa



BIB
S
S
P
N
LA

